



**Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei
Præcepta Pars ...**

Tractatus IV. Præliminaris. Ad Præcepta Secundæ Tabulæ De Justitia, &
Restitutione in communi

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Tractatus IV. Præliminaris. Ad Præcepta Secundæ Tabulæ, De Justitia, &
Restitutione in communi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59506)



TRACTATUS IV.
PRÆLIMINARIS.

Ad

PRÆCEPTA SECUNDÆ
TABULÆ,

De Justitia, & Restitutione in communi.



Uia præceptis secundæ Tabulæ (post quartum) continentur peccata seu delicta contra justitiam, omnia inducunt obligationem restitutionis, ideo necessariò admodum præmittendus est hic Tractatus præliminaris de Justitia & Restitutione in communi, cujus proinde quatuor erunt capita. *Primum* de justitia & injuria in communi. *Secundum* de restitutionis natura & necessitate, ejusque quatruplici radice, ex re accepta, ex injusta acceptione, ex injusta damnificatione, & ex contractu, quibus explicandæ manebunt duæ principes circumstantiæ restitutionis: Quid, & quantum restituendum? *Tertium* de aliis restitutionis circumstantiis: Quis, cui, quando, ubi restituendum? *Quartum* de modo, & ordine restitutionis, causisque excusantibus, ut aut differri, aut omninò omitti possit. Has novem restitutionis circumstantias quidam his versibus complexus est:

THEOL. MORAL. PARS IV.

A

Quis

Quis, quid restituet, cui, quantum, quomodo,
quando:

Ordine, quòve loco, quæ causa excuset iniquum.

CAPUT I.

De Justitia, & Injuria in communi.

Capite hoc speculativo potius, quàm pratico brevi compendio ex Scholastica delibabo, quæ pro intellectu terminorum in decursu utilissimæ materiæ magis necessaria, vel utilia videbuntur.

SUMMARIUM.

1. Nomen Justitiæ variè sumitur; sicut &
2. Nomen Juris.
3. Quid sit debitum morale & legale?
4. Debitum legale aliud est legitimum, aliud æquum.
5. Justitiæ divisio.

PRÆNOTIONES TERMINORUM.

§. I.

Justitia.

IUSTITIÆ nomen variè, & potissimum tripliciter accipitur. 1. Latissimè Justitia accipitur pro quavis virtute, vel actu virtutis, quo benè & honestè, hoc est, conformiter ad regulam rectæ rationis, ac legum vivimus. Ut Matth. 5. *Nisi abundaverit justitia vestra plus, quam Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Ibidem c. 6. *Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus &c.* & alibi passim. 2. Strictissimè justitia accipitur pro gratia sanctificante, quæ

quæ etiam justificans dicitur : qua nimirum coram DEO justif sumus. Item (quod ferè coincidit) sumitur pro charitate, quæ est vinculum perfectionis, & plenitudo legis, ideoque meritò vocatur justitia, quatenus adfert adæquationem cum tota lege. Hinc August. Lib. De natura & gratia c. 38. dicit, *Charitatem esse veram, perfectamq; justitiam.* Neutro modo accepta justitia est hujus loci. 3. Medio, & communi modo justitiâ accipitur pro una ex quatuor virtutibus Cardinalibus, seu pro virtute particulari rectè ordinante hominem ad alterum, seu proximum suum, reddendo cuivis, quod suum est; & sic accepta justitia est hujus loci mox definienda, ejusque objectum dicitur Jus.

§. II.

Jus.

Juris nomen itidem variè accipitur apud doctos. 2
1. Pro scientia Legum, vel Jurium, seu pro arte, quæ cognoscitur justum. Quo sensus jus definitur à Jurisconsulto: *Ars boni, & equi.* 2. Jus accipitur pro loco, ubi fit justum, seu ubi justitia administratur. Quo sensu dicitur quis *in jus ambulare, & in jure comparere, aliquem in jus vocare.* Quin etiam accipitur pro ipsa sententia judicis: *Judex enim sententiam pronuntians dicitur jus dicere, etiam in jure. Extra territorium jus dicenti non paretur.* 3. Jus accipitur pro ipsa lege, quæ est Regula Justitiae. Sic enim dividitur jus, in naturale, positivum, divinum, humanum, Jus gentium, & Civile, ac Canonicum. Et passim audis aliquid

esse de Jure naturali, de Jure positivo &c. de Jure sic accepto agitur in materia de Legibus. 4. Ad propositum jus accipitur pro justo, id est, adæquato, ac debito alteri; & sic est objectum Justitiæ varia ratione, ut mox patebit. 5. Principaliter Jus accipitur pro protestate, vel facultate legitima ad aliquam rem obtinendam, vel functionem aliquam exercendam, cujus violatio sit injuria. Et ferè coincidit cum dominio latè sumpto, ac diviso in dominium jurisdictionis, & proprietatis. Quo sensu dicitur aliquis *uti jure suo*. Et hoc modo acceptum jus est fundamentum juris justii, & titulus, quem respicit justitia ex parte proximi, ut propter illum velit tribuere ei jus suum. Ideo enim justum est, ut mihi aliquid detur, aut fiat, quia ego ad illud jus seu facultatem, ac potestatem legitimam illud exigendi, eoque fruendi habeo. De hoc jure latius alibi. Jus quarto modo acceptum pro justo, vel debito alteri hîc porrò explicandum est.

§. III.

Justum seu debitum morale, & Legale.

3 **J**US (prout idem est, ac justum) latissimè sumitur pro debito cujuscunque virtutis (velut objectum justitiæ latissimè sumptæ pro actu cujuscunque virtutis sub. §. I.) sicque justum dicitur, quidquid est conforme, vel commensuratum rectæ rationi, ac legi. quo modo sæpissimè accipitur in sacra Scriptura. Luc. 1. *Erant ambo justii coram Domino incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini.* Et sic latissimè acceptum communiter dividitur, in morale & legale. *Justum*

Justum seu *debitum morale* dicitur, quod quis debet alteri ex honestate virtutis, operantis tantum, absque jure, vel potestate alterius illud exigendi: ut sunt debita Charitatis, Misericordiae, Fidelitatis, Temperantiae, Fortitudinis &c. quae quis omittendo, nullum laedit jus alterius, sed solum deficit, vel recedit ab honestate virtutis, seu rectitudine debita, quam operans in suis actionibus servare deberet. *Justum* seu *debitum legale* dicitur, ad quod reddendum alteri quis lege adstringitur ex eo, quod alter jus, ac potestatem habeat ad tale quid exigendum, vel obtinendum. Et sic est objectum peculiare virtutis justitiae, & nonnullarum virtutum ipsi annexarum: ut Religionis, Pietatis, Observantiae, Obedientiae, de quibus infra.

§. IV.

Justum legitimum, seu aequum.

Justum, ac debitum legale porro dividitur in *legitimum*, & *aequum*. *Legitimum* dicitur, quod à singulis partibus seu civibus debetur ipsi Communitati, vel Reipublicae in ordine ad bonum commune, ex eo praecise, quod sint partes, seu membra talis Communitatis, vel Reipublicae. Et hoc tanquam proprium objectum spectat ad Justitiam legalem. *Justum*, seu *debitum aequum* dicitur, quod ab una parte, vel cive debetur alteri parti, vel civi Communitatis, quo proinde ipsae partes Reipublicae inter se velut coaequantur in eo, quod eis secundum leges debetur, ita nulla pars plus vel minus habeat ab altera, quam ei debeat. Et hoc

tanquam proprium objectum constituit justitiam particularem, aut commutativam, si constituat æqualitatem arithmeticam; ut pro quinque acceptis ab alio, debentur alia quinque. Aut distributivam, si constituat æqualitatem geometricam; ut de bonis communibus duobus civibus, uni merito ut quatuor, alteri merito ut duo, de jure æquo primo debetur præmium ut quatuor, alteri præmium ut duo tantum. Atqui hinc jam emergit solennis

Justitiæ divisio.

§ **J**ustitia communissimè dividitur in *Legalem* seu *Universalem*, & *Particularem*. Et hæc subdividitur in commutativam, & distributivam. Alii immediatè assignant triplicem justitiam; *Legalem*, *Distributivam*, & *Commutativam*: idque juxta triplicem habitudinem bonorum alicujus Communitatis. *Prima* est habitudo partium ad totum, quâ singulæ partes, seu cives debent aliquid Communitati in ordine ad bonum commune: & hoc debitum reddit justitia legalis, seu universalis. *Secunda* est habitudo totius ad partes, qua ipsa Communitas debet aliquid singulis partibus inter se comparatis de bonis communibus: & hoc debitum reddit justitia particularis distributiva circa bona communia partibus distribuenda. *Tertia* est habitudo parium ad partes, quâ una pars, vel civis privatus debet aliquid alteri parti, vel civi privato de bonis particularibus: & hoc debitum reddit ad æqualitatem commutativa particularis

ularius *Justitia*. Denique ad has tres *Justitiæ* species etiam spectat, & reduci debet *Justitia* vindicativa debitas delictis pœnas infligens. De singulis ordine: incipiendo à definitione *Justitiæ* in communi.

SECTIO I.

Justitia definitio explicatur.

SUMMARIUM.

- 6. *Justitia* est constans, & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi. *Ubi*
- 7. *Voluntas* sumitur pro habitu virtutis inclinante ad tribuendum.
- 8. *Jus suum*, quod est objectum formale quod *Justitia*.
- 9. *Per ly* cuique significatur objectum Cui, seu quibus alius homo,
- 10. *Per ly* tribuendi significatur actus proprius *Justitiæ*.
- 11. Differentia inter *Justitiam* & alias virtutes morales, Usque ad n. 64.

Justitia est constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi. Est ab omnibus tam Theologis, quam Juristis recepta devenitio, tradita ab Ulpiano in *Lege Justitia. ff. De justitia & jure*, Explico particulatim.

§. I.

Est constans, & perpetua Voluntas.

Voluntas hic accipitur non pro ipsa potentia voluntatis omnibus communi, quæ utique sine *justitia* esse potest; neque solum pro actu, seu actuali volitione tribuendi jus suum cuique; sic enim est actus *justitiæ* potius, quam ipsa *justitia*: sed accipitur pro habitu virtutis ordinante voluntatem, & inclinante hominem ad volendum suum

suum cuique jus tribuere. *Constans & perpetua.*
 Significatur Justitiam ut veram virtutem debere firmiter, ac immobiliter, & omni tempore, non semel, vel iterum tantum, & in omni materia, non in hac, vel illâ tantum, inclinare ad actum justum, seu jus suum cuique tribuendum, ut quis verè justus dici possit. In his ergò particulis, velut genere, Justitia convenit cum aliis virtutibus moralibus voluntatis: quælibet enim virtus est constans & perpetua voluntas operandi honestè, seu, quod idem, est *habitus indefectibiliter attingens bonum honestum.* Reliquæ sequentes particulae *jus suum cuique tribuendi:* differentiam Justitiæ ab aliis virtutibus, desumptam à proprio suo objecto & actu, exprimunt, ut mox patebit. Unde clariùs hanc definitionem reddit D. Tho. 2.2. q.58. a. 1. in corp. *Justitia est habitus, secundùm quem aliquis constanti & perpetua voluntate jus suum cuique sribuit.*

§. II.

Jus suum.

8 **H**ic significatur objectum formale quod Justitiæ, quod est jus, seu justum æquale debitum alteri ex eo, quod alter habeat jus reale, seu potestatem legitimam exigendi talem rem tanquam suam, & in suum commodum referendam. Unde hoc jus, seu justum & debitum alteri reddendum, quod respicit Justitia, differt ab aliarum Virtutum debitis penes diversum fundamentum. Illud enim debitum non fundatur in superiori-

rioritate, ut Obedientia; nec in excellentia, ut Religio; Dulia, Observantia, vel in aliis titulis, sed in jure reali, & dominio alterius ad talem rem, ve ejus usum, tanquam principaliter in suum commodum referendum, ut optimè, & latè explicat *Lugo de Justit. disp. 1. Sect. 1. à num. 4.*

§. III.

Cuique.

Significatur objectum *Cui* Justitiæ, quod est quivis, seu omnis alius homo, excepto se ipso: Justitia enim directè semper est ad alterum: ut habet communis DD. cum *8. Th. cit. a. 2.* Ratio est; quia Justitiæ proprium officium est facere æqualitatem: sed æqualitas non potest esse, nisi inter duos, cum nihil sit sibi ipsi æquale; ergò Justitia semper debet esse ad alterum, cui reddat jus suum ad constituendam æqualitatem.

Dices. Si ego consulam alteri, ut mihi fideliter restituat debitum, nonne actus iste participat bonitatem Justitiæ ab actu justitiæ alteri consulto? Ergo justitia versatur tunc circa se ipsam. *U. Indirectè* transeat. Ideò enim cautè dixi: Justitiam *directè* semper esse ad alterum.

Dices iterum. Qui occidit se ipsum, peccat contra Justitiam: ergo Justitia potest esse ad se ipsam directè. *Dist. Ant.* peccat contra Justitiam respectu sui ipsius N. (sic enim solum peccat contra Charitatem) peccat contra Justitiam respectu Dei Supremi vitæ & mortis Domini, cujus proinde jus violat, *Con. ant. & nego conseq.* Potest etiam dici aliquo-

rum ſenſu talem peccare contra Juſtitiam legaleſi
reſpectu Communitatis, quam aliqua ſui parte
ſpoliat, ad quam ipſa communitas juſ habebat.

Dices adhuc. Dux belli distribuens præmia vel
ſpolia, attributâ ſibi ipſi æquâ & legitimâ parte,
nonne exercet actum Juſtitiaæ diſtributivæ, etiam
erga ſe ipſum? *R.* Nequaquam: ſolum enim Ju-
ſtitiam diſtributivam exercet reſpectu aliorum, qui-
bus proportionatas ſuas partes relinquit: reſpectu
autem ſui ipſius potiùs exercet actum generoſa
temperantiæ, moderando appetitum inordinatum
habendi.

§. IV.

Tribuendi.

O Significatur actus proprius Juſtitiaæ, ſcilicet actus
juſ ſuum cuique attribuere: idque vel repa-
rando, ſi læſum ſit, vel conſervando, ſeu non
lædendo, ſi adhuc ſit integrum. Neque enim
Ly Tribuere hîc accipi debet ſolum poſitivè,
pro actu poſitivo, quo quis alteri aliquod juſ ſuum
tribuit, debitum ſolvendo, vel ablatum reſtituen-
do; ſed etiam, & maximè, negativè, pro omiſſio-
ne, ſeu abſtinentia à contrario actu injuriam infe-
rendi. Ejuſdem enim virtutis eſt facere bonum
in ſua propria materia, & abſtinere à malo con-
trario. Juſtitiaæ ergò virtutis actus immediatus
& elicitus eſt: *velle juſ ſuum cuiq; reddere; &*
nolle juſ e-juſpiam ledere, vel violare; actus ve-
rò mediatus, & imperatus eſt actualis redditio
juſis cujuſvis (nimirum debiti ſolutio, vel ab-
lati

lati restitutio) & abstinencia ab injuria opposita. Unde justitiæ partes integrales dicuntur, facere bonum, & declinare à malo.

COROLLARIUM.

EX dictis hætenus patet triplex valde notanda differentia inter justitiam, & alias virtutes morales.

Prima: ex parte objecti *Cui*, Justitia enim secundum propriam suam rationem rectum facit hominem in ordine ad alterum; justus enim per se semper alteri justus est: at temperans per se sibi ipsi est temperans; fortis sibi ipsi per se fortis est. Quod verò etiam quis alteri, Communitati fortis, vel temperans esse possit, & debeat, per accidens est, & ex imperio aliarum virtutum, ut Justitiæ legalis, Charitatis, Pietatis.

Secunda: ex parte materiæ. Quia Justitia aliæque ei annexæ virtutes versantur circa actiones humanas externas moderandas, quatenus ad alterum tendunt, aliæ verò virtutes, Temperantia, & Fortitudo versantur solum circa passiones moderandas, quatenus ipsum hominem afficiunt: utpote Temperantia circa moderandas passiones appetitûs concupiscibilis, & irascibilis: Fortitudo circa moderandas passiones timoris, & audaciæ.

Et licet passiones cupiditatis, iræ, vindictæ &c. nimis sæpè obtent, quo minus Justitia suos actus debite exercent, judicando, restituendo &c. non tamen est ipsius Justitiæ proprium moderari illas passiones, sed hoc spectat ad alias virtutes,

12 *Traët. IV. Prælim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. I.*
tes, etsi ex imperio Justitiæ. Nam ad essentialiam
cujuscunque virtutis solam spectat moderari diffi-
cultates in sua propria materia occurrentes: non
item omnes difficultates undecunque occurren-
tes, sed hoc aliis virtutibus relinquitur: alio-
quin sufficeret una virtus pro omnibus actibus ho-
nestis.

13 *Tertia:* Ex parte medii. Justitia enim in suis
operationibus circa proximum præcisè servat me-
dium rei, hoc est, ex ipsa rei natura determinatum
absque ullo ordine, vel respectu ad hominem
operantem: ut nimirum æqualitas dati & acce-
pti æstimetur ex natura ipsarum rerum, ut v. g.
præcisa causa, cur huic sint reddenda quatuor, sit,
quia ei ablata, vel pacto promissa sunt quatuor,
nullâ habita ratione personæ operantis, sit dives,
pauper, firmus, infirmus. At verò aliæ virtu-
tes, Temperantia, Fortitudo &c. in suis opera-
tionibus moderandis servant medium rationis tan-
tùm, determinandum scilicet à recta ratione cum
habitudine & proportionè ad operantem. v. g.
Temperantia moderans appetitum & ulum cibi,
& potûs, non sumit medium ab ipsa re, scilicet
cibo & potu, sed à recta ratione mensurante qua-
litate & constitutionem operantis, comedentis,
& bibentis: quod enim infirmo nimium est (v.
g. mediam libram carnis comedere, integram
mensuram bibere) robusto minus est, sic in ca-
teris. Adeoque cur tantus cibus & potus sit mo-
deratus, seu in medio virtutis positus, causa non
est in ipsa re, sed ex parte ipsius comedentis & bi-
ben-

bentis, cui juxta suam constitutionem tantum sufficit, ut ne plus exigat, nec minori contentus esse valeat.

SECTIO II.

Justitia perfecta & imperfecta.

SUMMARIUM.

14. *Justitia perfecta requirit tres conditiones. 1. alteritatem*
2. debitum simpliciter. 3. æqualitatem. *Unde*
15. *Vsque ad n. 19. ex defectu horum alie virtutes à ratione*
vere justitia deficiunt: hinc etiam
19. *Inter Patrem & filium, Dominum & servum, maritum*
& uxorem formaliter sumptos, non datur justitia pro-
prie dicta:
21. *Bene verò inter eos materialiter sumptos, quatenus scil,*
singuli eorum habent peculiare jus, vel dominium.
22. *Vsque ad n. 26. quoad delicta inter hos observatio præ-*
terita multum notanda.

§. I.

Justitia perfecta conditiones.

Justitia perfecta & simpliciter dicta (ut ex defini-
tione explicata evidenter constat) tres con-
ditiones essentialiter requirit.

Prima. Ut sit ad alterum simpliciter, seu in-
ter duos totaliter inter se distinctos, non tantum
quoad personam, sed etiam quoad jus & domini-
um priorum bonorum, sic ut quilibet habeat si-
bi proprium ab altero independens jus. Cujus ra-
tio mox patebit ex conditione tertia. *Secunda.*
Ut sit debitum simpliciter alteri, habeatque ve-
ram rationem debiti legalis, sic ut alter ad illud
jus, seu potestatem habeat, illud sibi tanquam le-
ge debitum exigendi, etiam in Judicio. *Tertia.*
Ut constituat æqualitatem simpliciter inter debi-
tum

tum, & jus alterius, ut scilicet omninò tantum detur, quantum, postulat jus alterius. Hæc conditio rursus infert primam, quod nimirum Jus, & Justitia simpliciter, debeat esse ad alterum simpliciter: cum enim æqualitas necessariò sit inter duos ita distinctos, ut unus sit sibi totus proprius, & non alterius aliquo jure, inter illos tantum poterit esse jus & justitia simpliciter, qui sunt ita diversi inter se, & distincti, ut unus non sit pars vel quasi pars alterius, sed totus sibi proprius: ut se habent duo cives disparati Communitatis. Justitia ergò secundum quid & imperfecta erit, quando una ex dictis tribus conditionibus deficit, quando scilicet aut non est ad alterum simpliciter, aut non constituit æqualitatem simpliciter, aut non est debitum simpliciter, & legale, sed morale tantum. Et huc spectant imprimis virtutes annexæ Justitiæ, seu partes potentiales Justitiæ.

§. II.

Justitia imperfecta enumerantur.

- 1) **V**irtutes annexæ Justitiæ, tanquam Justitiæ secundum quid, seu species imperfectæ Justitiæ, in aliquo scilicet à perfecta ratione Justitiæ deficientes, communiter enumerantur novem. 1. *Religio* erga Deum. 2. *Pietas* erga Parentes. 3. *Observantia* erga homines virtute excellentes, & Superiores (ad quam spectant *Dulia*, & *obedientia*) 4. *Veritas* erga omnes: quâ se talem quis exhibet dictis & factis, qualis reverà est. 5. *Gratia* seu *Gratitudo*: qua quis alteri compensat beneficia. 6. *Vindicatio*, seu *Justitia vindicativa*: quâ male-

fici

ficia dignâ pœna compensantur. 7. *Liberalitas*: quâ quis aliorum consulit utilitatibus. 8. *Magnificencia*: qua id ipsum facit magnis sumptibus. 9. *Amicitia, seu affabilitas*: quâ quis se reddit alteri charum. 10. additur *Epikeja*: quæ clementer, juxta æquitatem, temperat rigorem legis: omnes dicuntur *Justitiæ* secundum quid, quia in aliquo à vera *Justitiæ* ratione deficiunt; quæ debet esse *ad alterû, de debito, & secundum æqualitatē simpliciter.*

I. Ob defectum perfectæ æqualitatis à ratione veræ *justitiæ* deficiunt *Religio, Pietas, & observantia.* *Religio* quidem erga Deum: quia homo non potest Deo reddere æquale, scilicet quantum ei debet, juxta illud *Psalmi 115. Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* *Pietas* item erga parentes: Quia nec iis æquale reddi potest eo ipso, quòd esse dederint. *Observantia* erga Majores, virtute, & dignitate pollentes: quia nec his nostro cultu æquale reddi potest hoc ipso, quia agnoscimus & profitemur nos inferiores. Interim tamen hæc tria servant perfectissimam rationem debiti legalis, æquè ac vera *justitia*: strictissimum enim est illud debitum, & scriptis etiam legibus præcipitur, additque obligationem civilem.

II. Ob defectum debiti legalis à perfecta ratione *justitiæ* deficiunt virtutes reliquæ enumeratæ: *veritas* quidem, *gratitudo, & justitia vindicativa*: in his enim solum est debitum morale, etsi necessarium, & obligans sub peccato: Et multo magis *liberalitas, amicitia &c.* in quibus est debitum *mora-*

morale congruum tantum, & solum ad melius esse, seu majorem honestatem morum necessariorum, sic ut eo omisso non peccetur.

18 III. Ob defectum perfectæ alteritatis à perfecta ratione juris & justitiæ deficiunt (ut vocat Aristoteles, *5. Ethicorum c. 6. & D. Th. cit.*) Jus paternum inter patrem & filium; Jus herile inter Dominum & servum; Jus conjugale inter maritum & uxorem, licet & hæc perfectissimam rationem debiti legalis contineant. Sed advertendum est, filium, servum, uxorem posse dupliciter considerari. *Primò* formaliter, & quatenus tales sunt quâ ratione filius ut filius, servus ut servus, uxor ut uxor, sunt velut aliquid patris, domini, mariti, & velut una cum ipsis persona moraliter; atque cum iis in eodem jure participant, ita ut quoad res, vel actiones talis juris paterni, herilis, œconomici, vel conjugalis, commodum vel damnum æquè in utrumque redundet. Adeoque licet pater & filius, dominus & servus, maritus & uxor physicè sint duo homines, moraliter tamen censentur unus homo saltem in jure civili, & externo. *Secundò* Filius, servus, uxor, possunt considerari materialiter, ut homines sunt, & condistincta membra Reipublicæ, vel Communitatis: qua ratione possunt habere omninò distinctum jus, dominium vel patrimonium, à patre, Domino, marito omninò independens, ita ut quoad actiones, & res illius juris proprii, commodum, vel damnum in ipsos solos redundet, & alium, patrem, dominum, maritum, non contingat; nam præter jus vitæ & famæ, filius

jam

iam emancipatus habet proprium jus, & dominium honorum suorum; imò etiam filiusfamilias potest habere proprium peculium castrense, vel quasi castrense. Servus quoque proprium potest habere peculium independens à Domino: uxor etiam propria bona paraphernalia. Quo notato resolvendum erit, ut sequitur.

§. III.

Qualis Justitia inter Patrem & filium?

Primò dicendum. Inter Patrem & filium, Dominum & servum, maritum & uxorem, formaliter, quatenus tales sunt, non potest esse jus, vel justitia simpliciter, sed tantum secundum quid. *Communissima cum Arist. & D. Th. proxime citatis.* Ratio patet ex dictis. Quia Jus & Justitia perfecta debet esse ad alterum, & æqualem in jure, qui scilicet naturâ & jure sit ab altero distinctus, ut supra dictum est: sed filius, servus, uxor, quatenus tales sunt, non sunt ita naturâ & jure à patre distincti. Nam 1. Filius ut talis est quasi pars patris, & natura; quippè ex paterno semine natus, & jure; nam usque ad emancipationem in omni jure paterno patriæ potestati est subjectus, adeoque licet sit alius in persona physica, non tamen est alius in jure, cum totum jus filii, quantum ad ea, quibus respicit patrem, sit sub patria potestate, adeo ut quidquid filius debet, vel tribuit patri, censeatur etiam debere, vel tribuere sibi ipsi, atque omne commodum, vel incommodum filii in his etiam redundat in patrem. 2. Servus similiter est aliquid Domini, nempe instrumentum ejus animatum ad opera domestica, & quiddam

ex ejus bonis; atque ut talis, quibus respicit dominum, nullum habet jus in iis non subjectum potestati Domini. 3. Uxor denique est etiam aliquando mariti, & e contra, cum sint moraliter unum corpus, & una caro; atque in iis, quæ ad vitæ societatem, & administrationem familiæ pertinent, uxor jure marito subjecta est, ut damnum unius semper redundet in alterum; ergò inter illos, tales sunt, non potest esse jus, vel justitia simpliciter, sed tantum secundum quid. Eadem ratione dicimus infra de Justitia Legali. Eademque ratione idem dicendum de omni Justitia erga Deum, ut Religionem, Pœnitentiâ, Obedientiâ: nam etiam in hoc capite deficiunt à verâ ratione Justitiæ simpliciter, quòd scilicet in homine respectu Dei, non reperiatur perfecta æqualitas, nec perfecta distinctio: Dei enim opus, & possessio sumus, & quicquid Deo debemus, ac facimus, verissimum debemus, ac facimus nobis ipsis.

20 §. Interim semel pro semper valde notandum est, quòd, licet prædicta deficiant à perfecta ratione Justitiæ, quantum ad distinctonem, & a qualitatem perfectam, minimè tamen deficiant, sed servant perfectissimam rationem debiti Legalis, imò majus & strictius est debitum. v. g. Religionis erga Deum; Justitiæ Legalis erga communitatem; Pietatis, ac Juris paterni &c. quàm Justitiæ simpliciter dictæ erga concivem: & proximam æqualem: unde & graviora peccata sunt, graviusque puniuntur in Jure delicta contra Deum, Communitatem, parentes, dominum &c. quàm contra concivem æqualem. Hæc ergò doctrina, spe-

culativa potius, quàm practica, parùm favet reo in foro conscientia: imò neque externo, excepto cujus ratio patebit infra.

Secundò dicendum. Inter patrem & filium, 21
 Dominum & servum, maritum & uxorem materialiter sumptos, ac quatenus singuli peculiare Jus vel dominium habent, potest esse Justitia simpliciter. Ita *Sotus*, *Less. Molina*, aliique allatis *Tanner Disp. 4. q. 2. dub. 1. n. 12.* *Lug. Disp. 1. de Justitia. Sect. 5. a. n. 31.* Et patet ab opposita ratione. Quia filius, servus, uxor, materialiter spectati, quatenus homines sunt, & partes distincta Communitatis, possunt habere jura vel dominia sibi propria prorsus distincta, & independentia à patre, Domino, marito: secundum quæ vero contractu, vel delicto possunt contrahere vera debita, activa & passiva ad patrem, Dominum, maritum. Nam v. g. filius, non tantum jam emancipatus, est verus dominus bonorum suorum, sed etiam minorennis sub patria potestate constitutus, potest habere proprium peculium castrense ex militia acquisitum, vel quasi castrense, ex officio publico, vel donatione principis comparatum: in quo peculio à patre independens est, potestque inter ipsum & patrem esse verus contractus emptionis, vel venditionis, vel alius ex justitia obligans, juxta legem 2. ff. de emptione. Servus item potest habere proprium peculium, eoque se à Domino redimere, ita ut Dominus injustus esset, si eo pacto inito, acceptaque pecuniâ servum non manumitteret. Uxor denique potest habere propria bona paraphernalia, & de ipsis

cum marito celebrare contractus ad justitiam spectantes, atque ex justitia obligantes alterum ad restitutionem. Præterquam quod etiam quoad debitum conjugale, & dotis legitimam administrationem, est inter maritum & uxorem juris stricti æqualitas, adeoque justitia simpliciter: cum negatio debiti, adulterium, dotis dissipatio, secundum omnes, sint proprie contra justitiam. Insuper singuli istorum habent sibi proprium, & strictum jus famæ, & vitæ. Unde universaliter delicta inter patrem & filium, servum & Dominum, uxorem & maritum, ut homicidium, injusta infamatio, furta de bonis non subjectis, verè sunt contra justitiam simpliciter, & quidem qualificata: ut mox patebit: ergò tandem inter patrem & filium, Dominum & servum, maritum & uxorem potest esse jus & justitia, atque adeò etiam injuria simpliciter; quia nimirum in iis omnibus, filius, servus, uxor non habent se ut pars, instrumentum, vel aliquid patris Domini, mariti, sed habent se ut concives, & partes condistrictæ Communitatis: eoque respectu ipsis per accidens est, quoad illos contractus, vel delicta, quod unus eorum sit pater, alter filius &c.

§. IV.

OBSERVATIO PRACTICA.

Quoad delicta inter prædictos.

21 **E**X dictis in ordine ad praxim observanda est notabilis differentia quoad delicta inter filium & patrem, uxorem & maritum &c. nam quoad injustam læsionem vitæ, famæ, & honoris,

ut si filius patrem occidat, verberet, injustè dif-
famet, aut quavis contumeliâ afficiat; peccatum
erit qualificatum, & contra iustitiam, & contra
pietatem speciali malitia, & circumstantia speciem
mutante, necessariò explicanda in confessione,
secundùm omnes: ut in quarto Præcepto etiam
notatum. *Contra iustitiam* quidem: quia Pater, ut
homo est, habet jus suæ vitæ, famæ, & honoris
contra omnes homines, etiam filium, uxorem &c.
Contra Pietatem verò; quia pater ut pater est, ha-
bet peculiare jus reverentiæ, amoris, honoris erga
filium tanquam aliquid sui, cui reverentiæ repu-
gnant delicta illa.

II. Econtra verò furtum, vel defraudatio in bo-
nis temporalibus patris facta à filio, est tantùm
contra iustitiam; & quidem minùs peccatum,
quàm furtum, vel defraudatio de rebus extraneis,
cum propter arctissimam inter eos tam naturalem,
quàm legalem conjunctionem, quæcunque bona
temporalia patris aliquo modo spectent ad filium,
& vice versâ, etiam bona filii ad patrem, ut cum
aliis rectè observat *Laym. lib. 3. tract. 1. c. 3.*

III. Insuper, etiam non est speciale peccatum
contra virtutem Pietatis: quia furtum regulariter
non opponitur graviter contra Pietatem, & reve-
rentiam parentibus debitam. Unde ea circum-
stantia, nimirùm furtum esse factum de bonis pa-
tris, non est necessariò explicanda in confessione:
ut apud *Laym. ibidem* optimè infert *Molina* di-
cens: *non tenetur filius confiteri furtum aut de-
fraudationem factam fuisse patri: quoniam pec-*

22 *Traët. IV. Prelim. ad Precept. 2. Tab. Cap. 1.*
caturum est ejusdem speciei, ac si adversus alium fu-
Etum fuisset; & quòd defraudatio in bonis tempo-
libus sit facta patri, non aggravat; sed extenuat
culpam.

25 IV. Dixi tamen: Regulariter furtum non op-
poni graviter contra Pietatem, vel reverentiam,
amorem patri debitum. Non est enim negandum
posse etiam aliquando opponi graviter, speciali gra-
vi malitia contracta: ut si filius auferret à patre to-
tam substantiæ partem, ut pater reduceretur ad ege-
statem: vel inde multum pateretur circa statum
conditionem suam: aut si aliunde prævideret ex
furto, rei v. g. charissimæ, patrem merito quod
gravissimè offendendum: tunc enim omninò filius
etiam graviter peccaret contra Pietatem: adeò
deberet eam circumstantiam explicare in confes-
sione, ut sapienter monet *Lug. disp. I. n. 32.*

SECTIO III.

Justitia species explicata.

SUMMARIUM.

26. *Justitia legalis seu universalis, & particularis definitio.*
27. *Cur dicatur legalis & universalis vel generalis?*
28. *Est virtus specialis distincta ab aliis virtutibus.*
29. *Et eadem ejusdem rationis in principe, & Subdito.*
30. *Non tamen Justitia stricte, & simpliciter dicta.*
31. *Quid Justitia distributiva, &*
32. *Quid communitiva?*
33. *In quo conveniant, & differant?*
34. *Cum eis diversi sint actus.*
35. *Diversa ratio debiti, &*
36. *Diversa objecta formalia, ideo*
37. *Specie & essentialiter differunt, velut species analogæ.*

38. *Justitia vindicativa sub uno respectu reducitur ad legalem*

39. *Sub alio ad commutativam.*

40. *Simpliciter tamen non est justitia proprie dicta.*

41. *Corollarium.*

Dux sunt immediatæ species *Justitiæ*: *Legalis* & *Particularis*. *Justitia Legalis*, seu *Universalis*, est virtus ordinans hominem in suis actibus ad bonum commune *Reipublicæ* seu *Communitatis*: quæ nimirum homo reddit, & præstat, quod justum & debitum est ipsi *Communitati* ad sui conservationem. *Justitia particularis* est virtus, quæ cuilibet particulari personæ jus suum debitum reddit; seu quod idem est: est virtus, quæ rectè inter se ordinat, & adæquat homines quoad commutationem bonorum particularium, & distributionem bonorum communium. Ubi indicantur ejus geminæ species, commutativa, & distributiva *Justitiæ*, de quibus ordine per Paragraphos.

§. I.

Justitia Legalis seu Universalis.

Definitionem jam modò audivisti. Pro cujus explicatione aliquot quæstiunculæ scholasticæ explicandæ sunt.

I. Cur dicta *Justitia legalis*, seu *universalis*? R. 27
Legalis justitia vocatur: quia versatur circa justum legitimum, seu lege debitum: cum leges omnes principaliter præscribant ea, quæ sunt bona & conducibilia ipsi *Communitati*: adeoque *Justitia* efficiendo ea, quæ sunt bona apta *Communitati* maximè fit conformis Legibus, ideoque Antonomastice *legalis* dicta. *Universalis* autem, vel *Go-*

neralis Justitia vocatur eò, quòd omnes alias vir-
 tutes morales quodammodo in se contineat; nimirum
 rum non essentialiter, per prædicationem; sed
 causaliter, & imperativè, quatenus Justitia illarum
 omnium aliarum virtutum actus ordinat, & imperat,
in ordine ad bonum commune. Qemadmodum enim
 Leges in omni materia virtutum præscribunt ea,
 quæ sunt conducibilia bono communi, pulchrè ostendit
 Philosophus *5. Ethicorum* dicens: *Leges de omnibus præscribunt,*
& ea quæ ad virtutes fortes pertinent: ut non deserere ordines,
*non fugere, non arma abjicere: & id quod est temporis
 rantis: ut non committere adulterium: non contumeliosè
 se gerere, & id quod est mansueti, ut non verberare,
 non maledicere. Simili modo secundùm alias virtutes,
 & vitia, alia jubet lex, alia prohibet.* Sic
 Aristoteles. Ita etiam Justitia Legalis perficit, & dirig-
 rit hominem, ut rectè & justè se gerat erga Communitatem
 in omni materia virtutum moralium merito ergò dicta
 Justitia *Universalis* & à Philosopho ibidem *Justitia perfecta.*

- 28 II. Estne virtus specialis distincta ab aliis? Quòd sic.
 Communis cum *S. Th. q. 58. art. 6* & aliis apud *Tanner. disp. 4. De Justit. q. 2. dub. 1.*
 Nam licet hæc Justitia Legalis, universalis, generalis sit
 secundum materiam, quia scilicet versatur, ut dictum est,
 circa materiam omnium aliarum virtutum, quarum
 omnium actus ad bonum commune dirigit, ordinat,
 & imperat: attamen secundum se, & rationem suam
 essentialem, virtus specialis est, distincta à quavis
 aliâ virtute moralis.

rali. Quia & peculiarem rationem honestatis & laudis obtinet, distinctam ab honestate & laude aliarum virtutum; & peculiarem difficultatem habet in agendo propter bonum commune: ejusque proprium objectum formale, est agere ob bonum commune, utique diversum ab objectis omnium aliarum virtutum moralium propriis. Quemadmodum Charitas secundum se spectata, specialis ab aliis distincta virtus est ex suo proprio objecto, & motivo formali, quod est bonum Divinum; attamen ea ipsa virtus maximè universalis & generalis est, imò omnium aliarum virtutum forma, quatenus similiter omnium aliarum virtutum actus imperat & ordinat, ut propter DEUM, & bonum divinum exercentur, atque sic actus formati, ac meritorii esse possint. Vide citi:

III. Estne eadem virtus in Principe, & subdito? R. Est eadem. Ita cum aliis *Valentia*, & *Lugo hic*. Ratio patet: quia uterque & Princeps, & subditus in operando, is imperando, hic obsequendo, movetur eodem motivo & affectu boni communis ad juvandam, seu protegendam Rempublicam, cujus uterque pars est. Si subditus habeat speciales difficultates in obediendo & operando propter bonum commune, ex non habitu Jusitiae Legalis, sed habitu aliarum virtutum, Fortitudinis, Temperantiae, & maximè Patientiae superandae sunt: quemadmodum speciales difficultates Principis ad bonum promovendum commune, similium virtutum, & maximè Prudentiam superari debent. Quâ ratione *S. Thomas cit. art. 6. ex Ari-*

stotile docet, hanc virtutem Justitiæ Legalis, Principe, seu Magistratu inesse *Architectoni* quatenus ea per Leges præcipiunt, & statuant quæ ad bonum commune, optimamque administrationem Reipublicæ pertinent: in subditis autem inesse *ministerialiter*, & *executive*; quatenus ejusmodi leges ob bonum commune acceptant, observant, executioni mandando, quæ per Magistratum decreta sunt.

30 IV. Estne Justitia strictè & simpliciter dicta Resp. Non est. Ita cum aliis *Valentia cit. punct. 2. Lug. cit. sect. 4. num. 68.* Ratio est: quia licet Justitia Legalis servet perfectissimam rationem debiti Legalis, & legitimi, non tamen servat perfectam alteritatem requisitam ad Justitiam simpliciter dictam. Quare sicut Pietas v. g. erga parentes, non est Justitia simpliciter, & perfecta defectum alteritatis perfectæ, cum filius sit quæ pars patris, & jure idem: ita à fortiori non est justitia simpliciter, & perfecta inter civem & Communitatem, cujus ille, non *quasi*, sed *vere* pars est, & jure particeps in commodis: nã & in incommodis Communitatis non distinguitur à suis membris: & ideò Justitia Legalis non ita respicit bonum commune, ut præscindat à bono particulari operantis, sed potius ideò respicit illud bonum commune, quia censetur esse bonum etiam ipsius operantis ac singularum partium; sicut bonum corporis est bonum membrorum. Justitia autem perfecta respicit bonum alterius præscindendo omninò ab utilitate proprio, ut acute observat *Lugo cit. De obligationibus*

gatione & violatione Justitiæ Legalis habetur tract. 5. de delictis in Septimo præcepto, cum de defraudatione tributorum, Vectigalium &c.

§. II.

Justitia Distributiva & Commutativa definita.

Justitia *distributiva* dicitur, quæ distribuit bona & Communitatis in singulas partes secundum debitam proportionem dignitatis, vel meriti cujusque, sicut contra etiam onera Communitatis secundum proportionem facultatis cujusque. Unde ejus materia propria 1. Per se & principaliter sunt bona communis Reipublicæ, vel communitatis, ipsi communitati, vel Reipublicæ aut superflua, aut vacantia; ut sunt æraria superflua &c. dignitates, beneficia, officia vacantia: omnia debita proportione pro cujusque statu & merito, partibus Reipublicæ distribuenda. Quo spectant bona Oeconomica Communitatis, Collegii, Familiæ &c. singulis debita proportione impendenda. Et quia particeps bonorum communium debet etiam esse particeps onerum communium: ideo 2. indirecta materia justitiæ distributiæ etiam sunt onera communia, tributorum, operarum, laborum, periculorum ad bonum commune suscipiendorum; omnia juxta proportionem distributionis bonorum communium inter cives pro ratione facultatum distribuenda: adeo ut sicut bona communia distribuenda sunt juxta proportionem dignitatis & meriti personarum, ita & onera distribuenda sunt juxta pro-

proportionem facultatis personarum. 3. Reducuntur
ve, & ob aliquam similitudinem ad materiam
justitiæ distributivæ etiam reduci possunt poenæ
delinquentibus communibus Reipublicæ legibus
creatæ, & in singulos Communitatis delinquentes
pro ratione delicti æqua proportione infligenda.
Quæ tamen propriè spectant ad specialem virtutem
justitiæ annexam, scilicet vindicativam. De qua

§. 4.

32 *Justitia commutativa dicitur, quæ commutat bona particularia inter ipsas partes Communitatis secundum æqualitatem debitam, sive ex contractu, sive ex delicto propter damnum alteri illatum. Unde & ejus materia propria sunt bona particularia inter cives particulares secundum debitam æqualitatem commutanda. Quia nimirum unus civis vel pars Communitatis non potest ut ratione habere jus ad bona particularia alterius civis: neque è contra unus alteri quidpiam debere potest, nisi factâ aliqua commutatione, quâ unus alteri sua commutat bona, rursus ab altero compensanda: eaque commutatio vel est voluntaria ex contractu cum consensu utriusque, & dantis accipientis, ut in emptione, venditione, mutuo, locato, commodato, &c. de quibus in materia de contractibus? vel est involuntaria commutatio, & ex delicto, cum quis alicui invito aliquod suum aufert, seu damnum injustum infert in bonam fortunam, famam, vel vitam, ut furto, calumniâ, homicidio &c. de quibus Tract. sequenti in materia de delictis. Ex his utrisvis semper uni remanet jus*

jus rem suam exigendi, vel repetendi; alteri verò incumbit jus & obligatio reddendi, vel restituendi. Circa omnes istas commutationes reficiendas, & ad æqualitatem redigendas tanquam propriam (sane amplissimam) materiam versatur, ideò sic dicta, *justitia commutativa*; cujus proprius actus est restitutio. Hic iterum aliquid Scholasticè dicamus.

§. III.

Justitia Distributiva, & Commutativa comparata.

Conveniunt ambæ eæ justitiæ in hoc, quòd utraque raddat jus, seu justum debitum particulari civi seu parti Comunitatis: at diversi utriusque sunt actus, diversa ratio debiti, diversa objecta formalia, seu media constituenda ad æqualitatem debitam: adeòque differunt essentialiter & specie.

1. *Diversi sunt actus.* Nam actus justitiæ commutativæ sunt commutationes bonorum particularium inter cives particulares. Justitiæ autem distributivæ actus sunt distributiones bonorum comuniũ inter cives ut partes communitatis: quæ duæ actiones, scilicet commutationes, & distributiones, in se & naturâ ipsâ maximè differunt, etiam in hoc, quòd actio justitiæ commutativæ per se, & propriè fit ipsius hominis particularis aliquid debentis, & non nisi directivè vel coactivè ad Magistratum pertinere possit: actio verò justitiæ distributivæ, scilicet ipsa distributio comuniũ bonorum per se & propriè est ipsius Magistratũs, seu Rectoris Reipublicæ.

blicæ, & non nisi imperfectè potest eïse in privati
 quatenus approbant justam distributionem, eam
 contenti vivunt. Eiusdem enim rationis & per
 ctionis est, actum externum virtutis exercere,
 eum sola mente approbare.

35 II. *Diversa est ratio debiti utriusque Justitiæ*

Justitia enim commutativa attendit alteri debitum
 quod ei secundum se est proprium, & particulari
 vel ex contractu cum altero, vel ex delicto alteri
 Justitia autem distributiva attendit tantum illud
 debitum, quod ex bonis communibus ideò alicui
 betur, quia est pars Reipublicæ, seu, quia in qua
 tum id, quoad est totius, est debitum parti (ait
 Th. cit. art. 2.) quia nimirum hoc ipso, quòd boni
 sunt communia, & vel Communitati superflua
 vacantia, debentur partibus ejusdem Communitatis,
 servatâ debitâ proportione supradictâ. Un
 si Princeps, vel Magistratus ex bonis communibus
 reddat civi, quod ei tenetur, vel ex contractu,
 ob præstitam Reipublicæ operam non exercet
 ctum Justitiæ distributivæ, sed commutativæ.

36 III. *Diversa quoque sunt objecta formalia,*

media constituenda utriusque Justitiæ. Nam
 stitia commutativa constituit medium, & æqua
 tatem simpliciter secundum proportionem arith
 meticam: seu (quod idem est) secundum
 qualitatem rei ad rem, inter datum & acceptum
 ita ut quantum datum est, vel acceptum, tantum
 reddatur: v. g. qui mutuo, vel furto accepit
 ginta, totidem tenetur reddere, nullâ habitâ ratio
 ne personæ. Justitia verò distributiva constituit

medium & æqualitatem non simpliciter & arithmetice, sed solum proportionaliter, seu secundum proportionem geometricam, ac quod idem est, attendit proportionem rerum ad personas, adeò ut in distributione bonorum communium *Justitia* distributiva postulet, ut in quantum una persona excedit aliam in dignitate atque merito, in tantum res danda uni personæ excedat rem dandam alteri personæ proportionaliter; ut si dignitas & meritum unius personæ superet alterum duplo, duplo plus illi tribui debeat, quàm alteri. Exempla sunt in distributione, & collatione officiorum, dignitatum, præmiorum, stipendiorum, spoliatorum militarium, bonorum communium familiaria &c. Et reductivè etiam onerum, laborum, pænarum. Et sic in *Justitia* distributiva conditio personæ attenditur per se, & secundum se: in *justitia* verò commutativa per se attenditur ipsa res data, vel accepta, & solum per accidens quandoque attenditur conditio personæ, quatenus per eam diversificatur, vel aggravatur ipsa res: idque maxime in injuriis personalibus: major enim est injuria, graviusque compensanda, si percutias Principem, quàm si privatum civem.

IV. *Differunt ergò hæc Justitia essentialiter, & 37*
specie. Communissima cum *D. Th. cit.* Ratio patet. Illæ virtutes differunt essentialiter, & specie, quæ habent diversos actus, & objecta formalia cum diversa honestate & difficultate: sed *justitia* commutativa & distributiva. 1. Habent diversos actus & objecta formalia, ut modò dictum est. 2. He-
beat

Communitatis v. g. officium dignitatem &c. longè
gravius committitur injuria contra *Justitiam*
commutativam (quæ sola inducit obligationem re-
stitutionis, ut suo loco videbitur) quàm contra
Justitiam distributivam, quæ non inducit obliga-
tionem restitutionis erga partem neglectam, sed
solum aliquando per accidens erga ipsam Commu-
nitatem, ut si Princeps contulit officium indigno
cum detrimento Reipublicæ, tenebitur ad compen-
sationem damnorum &c. Vides ex *Justitia* com-
mutativa, non distributiva. 3. Denique *Justitia*
commutativa constituit aequalitatem simpliciter, &
arithmetica, distributiva verò solum secundum
quid, seu geometricam, secundum proportionem
personarum, ut supra dictum.

§. IV.

Justitia vindicativa reducta.

JUSTITIA vindicativa, seu virtus illa, quæ Super- 38
rior subdito suo infert debitam & condignam
& æquæ poenam pro delicto commisso; quatenus per eam
Superior respicit bonum commune procurandum,
& conservandum debita punitione delinquentium,
est vera *Justitia Legalis*, primario, & quasi archite-
ctonicè residens in Principe, se extendit ad omnia
officia à Principe in utilitatem Reipublicæ exercen-
da: quorum non infimum est condigna punitio de-
linquentium. Sicut enim ipsa Legislatio ad bo-
num commune in Principe spectat ad *Justitiam Le-*
gis, quæ galem; ita consequenter etiam vindicatio Legis
contra transgressores ad eandem *Justitiam legalem*
spectabit.

39 II. *Justitia vindicativa*, quatenus exercetur à J^{udice} dice ex officio debito, ut nimirum satisfaciatur obligationi suæ, & erga Rempublicam, & erga partem læsam, compensationem injuriæ sibi factæ expectantem, est vera *Justitiæ commutativa*, uti ex Th. observant DD. citt. Quia nimirum *Judex* ex officio & *Justitia commutativa* tam erga ipsam Rempublicam, quam erga partes læsas, quatenus nomine pro tali officio constitutus est condignis poenæ, tenetur pro loco & tempore ad condignam poenam delinquentibus inferendam: idque faciendum æqualitatem inter se ex una parte, & Rempublicam, ac partem læsam ex altera parte constituit: id autem negligendo ipse injuriam inferentem teneturque ad restitutionem damnorum, quatenus Rempublicæ, quam parti læsæ ex impunitate inferuntur, ut omnes fatentur. Quatenus autem *Judex* præcisè constituit æqualitatem inter delinquentem, & partem læsam, scilicet in poenam pro delicto inferendo condignam satisfactionem, exercet propriissimum actum *Justitiæ commutativæ*. Sed vides, non elicitive & proprium, sed directivè, & alienum, directum ac imperatum à *Justitia commutativa*.

40 III. *Justitia vindicativa*, quatenus puniens præcisè constituit æqualitatem in ipso delinquentem inter poenam & crimen commissum; juxta illud Deuter. 25. v. 3. *Pro mensura peccati erit & plagarum modus*: ut nimirum sic fiat æqualitas in delinquentem inter ipsum aliquid ultra suam voluntatem patientem, & antea plus justo sibi tribue-

tem delinquendo: etsi habeat aliquam similitudinem cum Justitia commutativa ob dictam æqualitatem: & etiam habere possit similitudinem cum Justitia distributiva, quatenus inter plures delinquentes servetur debita proportio pœnarum & delictorum, simpliciter tamen non est Justitia propria dicta: non enim distributiva; quia non fit distributio honorum communium; neque commutativa; quia per illam hoc respectu nulla fit compensatio damni particularis, ut supponitur, sed præcisè spectatur æqua vindicatio delicti. Est ergo hac ratione Justitia vindicativa, Justitia imperfecta secundum quid, seu pars potentialis Justitiæ, & virtus Justitiæ annexa, prout supra enarravimus.

IV. Ex dictis patet corollarie: non idem esse *justum*, & *contrapassum*, ut scilicet ex eo præcisè constituatur justum, quo quis tale quid patiatut, vel recipiat, quale alteri intulit, vel debet: ut probat etiam Philosophus s. Eth. Etsi enim contrapassio, vel retaliatio, quandoque justum constituat, juxta illud Exod. c. 21. v. 24. *Reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu &c.* id tamen semper, & universaliter fieri non potest: quia ratione circumstantiarum personæ, vel rei fieri potest, & plerumque fit, quòd passio actioni respondens non sit æqualis; ut si privatus alapâ percutiat principem, major est actio, quàm passio repercussionis. Et certe non repercutietur, sed longe graviori pœnâ plectetur. Et generaliter, cum quis alterum injuriam in re sua lædit, semper major est actio; quip-

36 *Traët. IV. Prelim ad Præcepta 2. Tab. Cap.*
 pe cum injuria conjuncta, quàm similis repassio
 quippe absque injuriâ repositâ. Unde Exod.
 præcipitur, ut si quis furetur, vel occidat ovem
 vel bovem alterius &c. restituat quinque boves
 uno bove, & quatuor oves pro una ove. Ut enim
 contrapassum justum constituat, debet fieri ad
 qualitatem, non tantum quoad æstimationem da-
 ni illati proximo, ex ipso objecto & effectu lu-
 cessantis, vel damni emergentis; sed etiam quoad
 æstimationem injuriæ illatæ alteri pro ratione cir-
 cumstantiarum, juxta prudens judicium seu dis-
 cernimen rectæ rationis, ut infra de restitutione declar-
 bitur. Et hac ratione, si accipiatur contrapassum
 non pro eo, quod est idem pati in specie; seu ph-
 sicè, sed pro eo, quod est idem pati æquivalenti
 & moraliter, secundum dictamen rectæ rationis
 aut legis, consideratis nimirum omnibus circum-
 stantiis, utique contrapassum idem erit ac justum
 in justitia tam commutativa, quàm vindicativa.

SECTIO IV.

Injustitia. Injuria.

SUMMARIUM.

42. *Injustitia, & injuria quid, & qualiter differant.*
43. *Sicut justitia legalis est specialis virtus, ita injustitia legalis, seu illegalis, est speciale vitium.*
44. *Sicut pariter injustitia particularis est speciale vitium oppositum justitia particulari.*
46. *Nullus nisi volens potest facere injuriam, &*
47. *Nullus nisi nolens potest pati injuriam,*
48. *Ut autem volens aliquid pati, non patiatur injuriam, requiritur voluntas plena cedendi juri suo: &*
49. *Jus plenum, seu facultas cedendi juri suo.*

30. Quando volens, non potest juri suo cedere sine præjudicio tertii, vel certi status, licet ei tunc consentienti & volenti non fiat injuria, fit tamen tertio vel certo statui.

HÆc duo passim confunduntur pro eodem. 42
 cum tamen propriè, & in rigore re ipsâ differant. *Injuria* enim opposita juri, seu justo debito alteri, significat ipsum injustum alteri, illatum velut passivè; in patiente verò est *injuria*, & tot modis potest accipi, quot modis acceptum est supra jus, seu justum debitum alteri, ut facilè est applicare. *Injustitia* autem opposita *Justitiæ* significat ipsam actionem, vel omissionem, quâ alteri jus debitum auferitur, vel negatur, adeò ut *injustitia* sit ex parte agentis, *injuria* verò ex parte passi injustum: sed retento communi modo loquendi sumamus pro eodem, & breviter dividamus.

Injustitia, vel *injuria* propriè, est *voluntaria lesio juris alieni*: nimirum quodcunque factum, vel omissum, quo violatur jus debitum alteri: aut positivè aliquod jus debitum auferendo, aut negativè, jus debitum non reddendo. Sicque opponitur virtuti *Justitiæ*, cuique jus suum tribuenti, atque eodem modo, ac illa, dividitur in *Legalem*, & *particularem*; *Distributivam*, & *Commutativam*.
 De quibus ordine.

§. I.

Injustitia Legis

Est, qua quis facit contra id, quod ex *Justitia* 43
 Legali deberet facere ad bonum commune;
 seu: *Est violatio Legis, in ejus respectum, ad detri-*

38 *Tract. IV. Prelim. ad Præcept. 2. Tab. Cap.*
mentum boni communis. Sicut autem ipsa iustitia
Legalis formaliter, & quoad essentiam est specialis
virtus distincta à cæteris; causaliter verò, seu quoad
materiam dicitur virtus generalis, quatenus omnium
um aliarum virtutum actus ordinat, dirigit, & con-
perat ad bonum commune; ita directè injustitia
galis, vel potius (ut vocat S. Th.) illegalis, formaliter
quidem, & quoad essentiam, est speciale
vitium, distinctum à cæteris, quia habet proprium
objectum formale, & deformitatem distinctam à
cæteris vitiis: scilicet contemptum, vel detrimentum
boni communis, directè, vel indirectè intentum:
causaliter verò, & quoad materiam dicitur vitium
generale, quia habet hominem impellere ad
omnia alia vitia & peccata in detrimentum, vel con-
temptum boni communis patranda ut homicidia,
furta, defraudationes bonorum communium, adu-
teria &c. Imò ordinariè vix committitur injus-
tia legalis nisi cum aliquo alio vitio particulari. In-
justitia autem hæc legalis tunc solum committitur
& est speciale vitium & peccatum, atque adeo
confessione necessariò explicandum, quando quis
violat legem sic, ut noceat Reipublicæ, vel bono
communi; seu cum quis peccando directè,
indirectè intendit detrimentum, vel contemptum
Reipublicæ, ac boni communis, ut notat D. Th. 2. 2. q. 59. art. 1. Alioquin violatio legis absque
omni directâ, vel indirectâ intentione detrimenti
vel contemptûs boni communis, ac Reipublicæ
sed ex sola privata passione vel cupiditate: v. g. si
ratur quis, defraudat vectigalia, adulterat, occidit
pu

præcisè ut cupiditati vel passioni sua satisfaciatur, minimè verò ut bonum commune perturbet, absque ulla intentione, vel advertentia ad detrimentum, vel contemptum boni communis, noverit speciale peccatum injustitiæ legalis distinctur ab ipsis illis peccatis particularibus contra illas aas virtutes, Temperantiam, Justitiam commutatiam &c. sed erit generalis quædam conditio, seu circumstantia omnium peccatorum, quòd fiant contra bonum commune. Quemadmodum etiam generalis conditio omnium peccatorum est, quòd omnia fiant contra Charitatem DEI, contra obedienciam Legum &c. quæ tamen non tribuunt militiam specialem actui, nisi intendantur; ut si quis ea intentione velit peccare, ut Deum offendat, ut legem contemnat &c.

§. II.

Injustitia particularis.

Dicitur, quâ quis agit contra id, quod debet⁴⁴ particulari personæ, seu parti Communitatis ex justitia particulari, seu commutativa, seu distributiva. Hic rursus sicut ipsa Justitia particularis supradicta est virtus specialis distincta à cæteris tam formaliter quoad essentiam, quàm materialiter, quoad materiam seu objectum proprium, quod est jus æquum debitum alteri, seu æqualitas cum altero: ita opposita hæc injustitia particularis speciale est vitium, ac peccatum distinctum à cæteris tam formaliter, & quoad essentiam, quàm materialiter, quoad materiam & objectum: habet enim propriam materiam, scilicet ipsas res debitas alteri, &

non tributas & proprium objectum formale, licet inæquitatem cum altero : quod nimirum homo plus tibi, minus alteri tribuat, quam debet. Omnis autem injustitia est peccatum mortale ex genere suo, omnium consensu cum D. Thomas *art. 4. cum* Justitiæ & Charitati graviter repugnet : nam ex sua ratione detrahit alteri bonum quod debet sibi ex Charitate velle, & ex Justitia tribuere. Potest tamen fieri, & sæpè fit veniale tum ob paritatem materiæ, ut si modica inferatur injuria, & modicum quid furto surripiatur : tum ob imperfectiæ actus ob defectum sufficientis deliberationis ac voluntarii : ut si quis injuriam intulerit ex repetino motu, ex ignorantia juris, vel facti, etsi non omnino inculpabili ; res certa est, in particularibus materiis manifesta erit.

45 Injustitia porro particularis variè subdividitur. *Primo*, In injustitiam *commutativam*, quâ defraudatur alter in bono suo proprio ; & *distributivam*, quâ defraudatur alter in bono communi, si ex merito præ aliis debet. quod maxime fit in acceptatione personarum ac munerum ; de quibus in septimo Præcepto. *Secundo*, Injustitia commutativa ex parte materiæ, dividitur in injustam læsionem corporis, vel vitæ, de qua in quinto & sexto Præcepto : in injustam læsionem bonorum fortunæ (de qua in septimo.) Et in injustam læsionem famæ & honoris, de qua in octavo Præcepto. Solutio hic generatim ad praxin quæritur, quomodo committatur injustitia, & inferatur injuria, tam ex parte facientis, quàm ex parte patientis : seu ex pro-

fius: an quis nolens possit facere, aut volens pati injuriam?

§. III.

Nullus nisi volens potest facere injuriam.

Certum apud omnes. Constat ex communi ratione peccati. 46
Omne enim peccatum necessarium est voluntarium, ac ut loquitur D Augustin. *Ita est voluntarium, ut si voluntarium non sit, eo ipso peccatum non sit:* atqui facere injuriam formaliter, maxime peccatum est, & quidem ex genere suo mortale, ut dictum: ergo necessario debet esse voluntarium; consequenter nullus potest facere injuriam nisi aliquo modo volens; scilicet directe in se, vel indirecte in sua causa posita, vel non ablata. De quo latius suis locis. Hic communis est distinctio: *Aliud esse iniustum agere, aliud iniuste agere, aliud vero esse iniustum, seu agere ut iniustum.*

Iniustum agere est aliquid facere, quod secundum se est iniustum, seu contra æqualitatem Justitiæ, seu jus alterius: quod potest fieri materialiter tantum ab involuntario, vel invito: utpotè per ignorantiam invicibilem, per motum primo primum, per violentiam extrinsecam; ut si quis auferat rem, invincibiliter ignorans esse alienam: si occidat motu primo: si percutiat altero violentè movente manum ejus: ut exemplificat Philosophus citandus; is iniustum facit, materialiter scilicet, non tamen facit iniuste. *Iniuste agere*, seu quod idem est, iniustum, vel injuriam formaliter facere, est sponte & deliberatè facere aliquid, quod revera est & cognoscitur esse contra justitiam, & jus alterius,

etsi non fieret ex mera, electione, vel habitu
 sed ex passione vel cupiditate. *Injustum autem*
 seu agere ut injustum, est facere aliquid, quod
 verà injustum est, spontè & deliberatè, non quod
 docunque, sed ex mera electione; quia scilicet
 placet injustitia; & non ex passione aliqua, &
 sequenter ex pravo habitu injustitiæ, ante quod
 contractum habitum non solet quis ex mera electi-
 one, vel malitia malè operari, juxta illud: *Nemo*
pente fit pessimus. Ita ex Aristotele §. *Eth.*
D, Th. q. 59. art. 2. Monet tamen *Valentia*
dem, quæstionem esse de nomine: cum certum
 quemlibet voluntariè injustè agentem, etiam po-
 vocari injustum, saltem actualiter, juxta illud
Joan. 3. Qui facit justitiam, justus est: ergo
 e contra, qui facit justitiam, injustus est.

§. IV.

Nullus nisi volens potest pati injuriam.

47 **N**imirum volenti & consentienti nulla fit in-
 juria: seu ut loquuntur Jura, *nulla est injuria*
quæ in volentem fit. Communis cum Philosopho
 §. *Eth. c. 9. Et S. Thoma q. 59. art. 3.* Ratio est
 Quia nemo potest sibi inferre injuriam ex eo
 quod non possit habere volitionem sibi inferre in-
 juriam; sic nemo potest alteri injuriam propriam
 formalem inferre, nisi ille habeat voluntatem con-
 trariam: atqui non potest habere voluntatem con-
 trariam, qui volens & consentiens in tale factum
 omninò cedit juri suo: nam eò ipso aufert à se om-
 nem contrariam voluntatem, quantum est de se
 & vult sibi reddere licitum illud factum; quare

cut implicat alicui fieri injuriam in eo, in quo nul-
lum habet jus, ita fanè nullus potest pati injuriam
in eo, in quo voluntariè cedit juri suo: ergò im-
plicat aliquem pati formalem injuriam, nisi aliquo
modo nolens; cum injuria vel injustitia formaliter
consistat in læsione juris alterius inviti, vel relu-
ctantis. Quod ut plenè intelligatur,

Adverendum est: ad hoc ut aliquis volens pati
aliquid, quod aliàs est injustum, seu contra jus
suum, non tamen patiatur injuriam formaliter,
duo necessaria requiruntur; & *voluntas plena ce-
dendi juri suo, & jus plenum, seu facultas cedendi
juri suo.* Explico seorsim & applico ad casus,

Voluntas plena cedendi juri suo.

UT nimirum quis plena & libera voluntate
consentiat aliquid pati, vel aliquid fieri, quod ⁴⁸
est contra jus suum, vero animo cedendi juri suo,
absque admixto involuntario, ex errore, dolo, me-
tu &c. Alioquin, ut aliquis verè patiatur inju-
riam, sufficit, ut quis aliquo modo sit nolens, etiam
sola nolentate, seu involuntario mixto, quale est
ex errore, metu, necessitate: E. g. *Primo.* Si
consentiam tibi à me auferri nummum, vel annu-
lum, putans esse cupreum, tu autem scis esse au-
reum, facis mihi veram & gravem injuriam: quia
in ablationem cuprei solum consensi, non verò
aurei; nihil enim volitum, quod non cognitum.
Secundo. Si latroni ad evitandam mortem, vel ve-
xationem dem pecunias, aut omninò involuntariè
solum exterius, aut licèt voluntariè simpliciter,
tamen admixto involuntario secundum quid; quia
scilli-

scilicet volo quidem defacto dare, tamen nollem dare, nisi metu, vel vi cogerer, patiora pro
 ram injuriam, latroque tenetur ad restitutionem De
 cundum omnes. *Tertio.* Idem est, si neces
 te compulsus petam mutuum, & sine usura p
 re nequeam, sicque partim volens, partim no
 usuram promitto, & solvo, patior veram injuriam
 & restitutio mihi debetur ab usurario. Secus est
 si seclusa omni necessitate, vel metu, ex meo
 bertate, v. g. ad excessivum luxum, vel lufum senti
 tam mutuum, & solvam usuras; tunc enim
 volenti simpliciter, & consentienti, nulla fit in habe
 ria, neque mihi debetur restitutio: tamen si usura thon
 us adhuc teneatur usuram restituere ad pias cau
 per modum poenæ; ut suo loco patebit. *Quo* plura
 Denique hinc intellige Christum, *qui oblatu* di, e
quia ipse voluit. *Isa. 53. v. 7.* & Sanctos Marty
 plerosque etsi paratissimos, & maximè volent
 pati & mori, adhuc tamen passos esse veram insecu
 riam: quia licet in ipsis fuerit promptissima volu
 tas ad ipsum opus, seu injurias materiales, cruci
 tus, tormenta, necem; attamen non fuit in ip
 imò in Sanctis non potuit esse voluntas cedendi timu
 juri suo: neque etiam profuisset illa cessio juri prob
 cum per illam non impediretur ex aliqua parte m
 litia hostium, vel tortorum; dum ipsi vel igno
 rassent eam cessionem; vel licet cognovissent, sine
 hil tamen curassent, sed perinde cruciassent, ac si p
 sita non esset: quin aliunde melius erat Christo juri
 Sanctis Martyribus pati non solum cruciatus, tert
 mortem materialiter, sed etiam injuriam forma
 ritus

er, ut major esset passio extensive, patiendoplu-
ra propter Deum: uti observat Lugo hic disp. 8.

De Justitia, Sect. I.

Et Jus plenum.

Alterum requisitum ad hoc, ut volenti non fiat
injuria, est; ut quis habeat plenum ac pro-
ximam jus disponendi de tali re, & ita pro arbitrio
suo valide juri suo cedere possit: alioquin quantum-
vis volenti adhuc fiet injuria. Sic pupillus etsi con-
sentiens donando vel permittendo, ut sibi res aufe-
ratur, adhuc tamen ei fit injuria: quia nondum
habet jus plenum disponendi de rebus suis sine au-
thoritate & consensu Tutoris. Simile est de Reli-
giosis Societatis post vota biennii. Sic Secundum
plures apud Lugo cit. n. 3. is, qui petit ab alio occi-
di, occisus adhuc patitur injuriam, quia non ha-
buit dominium & jus plenum vitæ suæ, sed potius
Deus, nec consequenter potuit illi juri cedere. Sic
secundum aliquos ibidem: maritus consentiens in
adulterium factum ab alio cum uxore sua, adhuc
patitur injuriam, quia non habet jus, vel dominium
plenum in corpus uxoris, sed restrictum ad legi-
timum usum suum tantum. Utrumque non im-
probabiliter. Sed de his mox dicam expeditius.

Insuper quando quis habet quidem jus aliquod
pro parte sua, non tamen potest cedere juri suo
sine præjudicio, vel injuria alterius personæ, vel
statûs certi, adhuc ei consentienti, & volenti cedere
juri suo non fiet injuria; quamvis tunc fiat injuria
tertix personæ, ipsi certo statui: E. g. I. Si ma-
ritus consentiat ad auferenda bona dotalia, vel in-
stu-

stuprum cum filia, ipsi patri, seu marito nullam
 injuria ab auferente, vel stupratore, sed bene
 ri, vel filia invitæ. 2. Qui occidit volentem
 vel petentem occidi, simpliciter nullam facit illi
 injuriam, ut habet communis DD. ob rationem a
 bis supra datam: attamen gravissimè peccatur
 tra Jus Dei qui solus est Dominus vitæ & mor
 item contra Justitiam legalem respectu Commu
 tatis: cui utrique juri non potuit cedere occi
 3. Qui commisit adulterium cum ligata, exp
 se consentiente marito, simpliciter huic nullam
 fert injuriam, neque ad ullam ipsi restitutionem
 nebitur, ut iterum habet communis DD. Sent
 tia. attamen sit gravissima injuria ipsi statui sa
 matrimoniali contra bonum Sacramenti, & pro
 cui juri non potuit cedere maritus ille sponte
 nutus, sed tantum juri suo proprio, quod habe
 corpus conjugis, quod solum esse objectum in
 riæ in ipsum committendæ; quâ ratione ab In
 centio XI. damnata est hæc propositio. 50.
*pula cum conjugata consentiente marito, non
 adulterium: adeoque sufficit in confessione dicere
 esse fornicatum.* 4. Qui percutit, vel occidit
 ricum quantumvis consentientem, volentem,
 tentem, nullam quidem ipsi infert injuriam, ad
 tamen incurrit excommunicationem Canonis.
quis suadente &c. nimirum ob injuriam & irre
 rentiam illatam sacro statui Clericali, cujus
 non potuit cedere Clericus, cum jus illud immu
 nitatis non in favorem suæ personæ, sed in fa
 rem sacri statûs principaliter collatum sit, pro

expressè deciditur in jure Canonico *c. contingit. De sententia Excommunicationis.* Ubi sic respondet Pontifex: quando Clericus se offert juxta morem patriæ, ut in satisfactionem injuriæ fustibus percutiatur, percussionem quidem non esse violentam & involuntariam, esse tamen injuriosam: quia Canon, in quo prohibetur percussio Clerici, positus non est propter personam Clerici, sed propter Ordinem Clericalem: & ideo consensus Clerici non impedit injuriam. Sic Pontifex. Intellige tamen non contra jus particulare debitum Clerico, cui ipse spontè cessit, sed contra jus debitum sacro Ordini Clericali: ut ex verbis citatis liquet.

CAPUT II.

De Restitutionis Natura, Obligatione & Radicibus.

SECTIO I.

Restitutio quid sit, unde debita, qualiter obligans, & necessaria?

SUMMARIUM.

1. Restitutio quid?
3. Quid laicè,
4. Quid stricte sumpta?
5. Usque ad n. 9. Ejus obligatio unde? ubi quid delictum materialè, formale?
9. Restitutionis radices immediatae quaruor.
10. Usque ad n. 13. Regulae generales semper prae oculis habenda.
13. Usque ad n. 18. Explicatur differentia restitutiones à satisfactione,

18. Restitutio, seu obligatio restituendi per se oritur ex
latione totius justitiæ commutativæ.
19. Non ex violatione aliarum virtutum.
20. Nec ex violatione justitiæ legalis,
21. Nec ex violatione justitiæ distributivæ,
23. Nisi quandoque per accidens, quatenus simul violatur
commutativa.
25. Restitutio est necessaria ad salutem,
26. Non quidem necessitate mediæ.
27. Sed necessitate præcepti,
28. Nimirum Septimi ex Decalogo,
30. Secundum plures principaliter negativi,
31. Secundum alios verosimilius principaliter affirmativi,
34. Obligantis sub mortali ex genere suo,
35. Ut quis in foro conscientie sub mortali ad restitutionem
obligetur; debet delictum fuisse commissum.
- I. per actionem injustam.
36. II. Externam
37. III. Quæ sit culpa Theologica. Usque ad n. 41.
41. Ex sola culpa civili nulla oritur obligatio restituendi
foro conscientie: ideoque
44. IV. Debet esse culpa Theologica, & quidem gravis,
gravem inducat obligationem: nam
45. Culpa levis levem tantum inducit obligationem, sic
46. Qui minutis furtis venialibus magnam summam
stulit, tenetur quidem sub mortali restituere, non
ratione ablationum, sed ratione injusta detentio-
Unde etiam
47. Esto probabilis & magis pia sit sententia, cum obligatio
sub mortali restituere, qui culpa solum veniali gravatus
ludit, seu in materia gravi.
49. Nihilominus æque probabilis & tuta est sententia
sita.
50. Imò satis probabiliter nulla omnino tunc oritur obligatio
restituendi, nec sub veniali.
52. Usque ad n. 56, Proponitur, & resolvitur dubium
tabile.

ASSERTIO I.

Restitutio est reddito debiti alterius: latè sum- **I**
 pta, cujusvis sive ex contractu, sive ex de-
 licto: strictò sumpta ex delicto tantùm formali, vel
 materiali. Est debita per se ex sola justitia commu-
 rativa, & nulla alia virtute lasa; necessaria ad
 salutem, non necessitate medii, sed præcepti, nimi-
 rùm septimi tantùm: veròsimiliùs principaliter af-
 firmativi, & secundariò negativi: ac proinde ob-
 ligans sub mortali ex genere suo, dummodò deli-
 ctum commissum sit per actionem externam injus-
 tam, & culpam Theologicam gravem. Assertio
 valdè prægnans accuratè explicanda est.

§. 1.

Est reddito debiti alterius.

Nimirùm est actio, qua redditur debitum alte- **2**
 ri, ad quod scilicet alter jus habet, seu id,
 quod alteri debitum est ex justitia, sive deinde de-
 bitum sit ex contractu per modum solutionis, sive
 ex delicto aliquo per modum compensationis dam-
 ni illati: Unde generatim restitutio benè definitur
 ab aliquibus: *Est redditiõ rei acceptæ, vel damni*
illati compensatio. Et hinc restitutio quandoque
 latè, quandoque strictè sumitur, & variè affig-
 nantur ejus radices.

1. Restitutio latè sumpta.

Est actus justitiæ commutativæ, quo secun- **3**
 dùm æqualitatem arithmeticam redditur ali-
 cui quodcunque debitum; seu quod ab eo volente,
 vel nolente est acceptum. *Ita S. Thomas 2. 2. q.*

62. a. 1. Et patet ex terminis jam dictis. Sic ergo restitutio est actus adæquatus justitiæ commutativæ, cujus proprium est emendare, seu adæquare commutationes factas, sive voluntariè ex contractu, sive involuntariè ex delicto: ut *cap. præ* explicatum est. Restitutio ergò sic latè sumpturitur ex triplici causa, vel radice. 1. *Ex contractu*, quo quis spontè se obligavit ad aliquid dandum, vel reddendum alteri, secluso ejus damnum. 2. *Ex delicto*, vel injuriâ materialiter tantum, ex re alienâ acceptâ tantum. 3. *Ex delicto*, injuria formali, & injusta acceptione rei alienæ.

II. Restitutio strictè sumpta.

4 **E**st actus justitiæ commutativæ, quo cui secus dùm æqualitatem arithmeticam damnum justè illatum compensatur, seu redditur id, quod ab alio injustè ablatum, detentum, vel damnatum est (ut nimirum omnes species injuriarum, damnorum contra justitiam per restitutionem compensandorum apertè comprehendantur) aut sine injusta acceptione, aut sine injusta acceptione, injuria detentio; aut sine acceptione & detentione sola injusta damnificatio in bonis alterius. Exempla præstantur abundè per decursum.

5 Restitutio ergò sic strictè sumpta est actus partialis tantum justitiæ commutativæ: cujus obligatio oritur ex duplici tantum causâ & radice sub terminis terminis passim significata: *ex delicto materiali, & ex delicto formali. Ratione rei acceptæ, & ratione justæ acceptionis: à possessore bonæ fidei, & possessore malæ fidei. Termini hujus tripliciter*

pluris distinctionis passim quidem confunduntur, re-
ipsâ tamen nonnihil differunt. Nam

Delictum materiale, vel injuria materialis dicitur 6
tur, cum quis rem alienam accipit, detinet, vel
destruit, sed inculpabiliter ignorans esse alienam,
seu rationabiliter credens esse suam, vel se habere
jus in illam, adeoque *bona fide*. Delictum verò
formale, ac formalis injuria dicitur, cum quis rem
alienam accipit, detinet, vel destruit probe sciens,
vel scire potens, ac debens esse alienam, adeoque
mala fide. Vides in his terminis generaliter com-
prehendi non tantum injuriam, vel damnificatio-
nem lucrosam, cum quis utrovis modo aliquid si-
bi acquirit, sed etiam puram damnificationem, seu
injuriam non lucrosam, cum quis sibi nihil acqui-
rit, sed solum aliquid alterius destruit, & deterio-
rat.

Jam verò si per delictum materiale, vel formale 7
lucrosam aliquid acquisitum sit, jam specialiter di-
cetur restitutio facienda in secundis terminis, vel
ratione rei accepta, quia reverà res aliena accepta
fuit, etsi non culpabiliter, & injustè formaliter,
ob ignorantiam, & bonam fidem accipientis, pu-
tantis rem esse suam. Aut *ratione injustæ acceptio-
nis*: quia res aliena etiam formaliter injustè, & ma-
la fide accepta est, nimirum à sciente rem non esse
suam. Vides iterum in his terminis distinctionis
adhuc perindè esse, sive res accepta adhuc existat,
sive non.

Jam denique, si res accepta delicto materiali, vel 8
formali adhuc existat, detineatur, vel possideatur

ab accipiente, jam specialiter dicitur restitui-
crenda, aut à possessore bonæ fidei, qui scilicet ha-
nus ignorabat rem esse alienam: aut à possessore
la fidei, qui scilicet scivit rem acceptam, & possi-
sam esse alienam, & non suam. Vides ergo
minos hujus triplicis dictionis esse magis, & min-
latè patentes, sic ut posteriores semper includit
prioris, non e contra, sed prioris latius pateat
quàm posteriores. Atque hinc emergunt

*III. Restitutionis radices immediatae
quatuor.*

9 **P**rima: ex delicto materiali, ratione rei ac-
ptæ, & à possessore bonæ fidei. *Secunda:*
delicto formali, ratione injustæ acceptionis, &
possessore malæ fidei. *Tertia:* ex delicto formali
tione solius damnificationis non lucrativæ,
damni injustè dati. *Quarta:* ex contractu.
quibus in sequentibus ordine. Prænoto hic
viter duas generales regulas semper præ oculis
bendas.

10 I. Regula, & mensura restitutionis ex delicto
materiali ratione rei acceptæ à possessore bonæ
dei, est *quantitas possessionis*: tantum nimirum
stituendum est, quantum de re aliena adhuc pos-
des, vel quantum inde ditior factus es. De
latius *Sect. 3.*

11 II. Regula, & mensura restitutionis ex delicto
formali quocunque tam ratione injustæ acceptionis
à possessore malæ fidei, quàm ratione injustæ
damnificationis non lucrosæ, est *quantitas damni
illati*: tantum nimirum restituendum est, præ-
quæ

quantum damnum intulisti, sive inde aliquid habeas, sive nihil. De quo latè Sect. 4. & 5. Similiter etiam pro restitutione ex contractu observanda sunt duo axiomata. Primum: *Omnis res, quæ casu perit, suo Domino perit.* Secundum: *Omnis res quæ culpâ perit; culpabili perit,* seu illi, qui culpam commisit, *juxta tamen rationem culpæ, & contractûs.* De quo Sect. 6. Hic tamen simul sub aspectum ponere libuit, quia, ut dixi, semper præ oculis habenda sunt

IV. Restitutionis, & satisfactionis differentia.

Restitutio, & satisfactio, etsi largè loquendo, confundantur etiam jure, ut patet *c. si culpa de injuriis, & damno dato.* propriè tamen loquendo maximè differunt, quod ut radicitus intelligatur, necessariò explicandi sunt illi alii termini, *offensa, injuria, damnum.*

I. *Offensa* generatim est læsio, vel irritatio voluntatis alterius: quâ nimirum aliquis alteri contravoluntatem ejus molestiam infert, sicque eum movet eique sufficiens motivum, & fundamentum, ac quasi jus aliquod tribuit ad iram, indignationem, vel aversionem adversus offendentem: potèstque fieri aut absque læsione ullius juris alterius; & dicitur *offensa pura* contra Charitatem, vel pacem humanam tantum. E. g. Amico petenti à me librunt commodatò, quo is valdè indiget, & ego facile carere possum, nolo tamen commodare: procul dubio offendo amicum, & do ipsi sufficiens motivum ac fundamentum, ut avertatur à me, mi-

hi que indigetur, non tamen infero ei injuriam, cum nullum ejus jus lædam, sed tantum voluntati ejus molestiam infero, ideoque est offensiva contra Charitatem, & pacem humanam, proinde debetur aliqua satisfactio amica ex virtute Charitatis, & pacis humanæ, nihil omnino ex justitia, nullaque actio in foro externo. Aut offertur cum læsione juris alterius, & tunc specialiter dicitur *injuria*.

33 II. *Injuria* generatim est læsio voluntaria alterius, qua nimirum fit aliquid non solum contra voluntatem, sed etiam contra verum, & æquum jus alterius. Et iterum potest fieri, aut cum damno alterius: nihil scilicet auferendo, quod suum erat: & dicitur *injuria mera*, vel non damnosa: ut si cui soli, vel coram aliis nihil inde contumeliam inferas; si committas adulterium cum uxore Titii, nulla susceptâ prole, crimine tamen occulto, adeoque nullo damno secuto: ut si que inferas injuriam, quia lædis jus, primi ad honorem, secundi ad corpus uxoris suæ: nullum tamen damnum inferis, ideoque est injuria non damnosa, attamen contra justitiam: proinde ex justitia saltem vindicativa, debetur satisfactio atque in foro externo datur eis actio injuriarum satisfactio. Aut injuria fit cum damno alterius auferendo scilicet aliquid, quod suum erat: & dicitur *injuria damnosa*, seu damnificatio injuria, cujus effectus est ipsum damnum illatum, seu privatio boni alterius: itaque

14 III. *Injuria damnosa*, vel damnificatio est

specialis, & stricti juris alterius per ablationem alijus, quod suum erat in bonis animæ, vitæ, famæ, fortunæ. Ut si fureris Titio pecuniam, si cognoscas uxorem ejus, natâ prole, quam is putatitius pater alere debeat, gravi suo, & liberorum legitimum damno, est injuria damnosa contra justitiam commutativam: pro qua proinde ex eadem justitiæ commutativæ virtute debetur ei *restitutio*: & in foro externo competit ei actio, non tantum civilis ad recuperandum jus suum, seu compensandum damnum illatum, sed etiam si velit, & prohibitus non sit, actio criminalis ad vindictam sceleris. Jam ergo

IV. *Restitutio* propriè est redditio debiti, & compensatio damni illati alteri in bonis suis, per aliquid necessario ipsimet damnificato conferendum: cujus proinde objectum est damnum alteri taliter compensandum; finis verò est æqualitas rei restituendæ ad rem ablatam, vel damnum datum: ideòque est actus justitiæ commutativæ, & in conscientia semper debetur ante omnem sententiam judicis, ut infra patebit amplius. *Satisfactio* verò est compensatio injuriæ tantum vel offensæ alterius, in hoc consistens, quòd sicut alterum offendimus, vel injuriavimus contra voluntatem, vel jus suum, ipsum molestando, ita nos vicissim in gratiam ipsius aliquid molestum contra propriam voluntatem agendo, vel patiendo, eum nobis reconciliemus. Cujus proinde objectum est injuria vel offensa compensanda, ex parte nostra solum aliquid molestum subeundo, alterius conciliandi gratiâ,

absque eo, quòd necessariò re ipsa aliquid in alterum conferatur: finis verò est reconciliatio cum ab offenso, vel offensæ remissio (nota hic obiter, Deo satisfacere, non autem restituere possim, quia nimirum eum offendere, non autem dignificari, aliquid in ejus gratiam molestum agere non possum.) Unde satisfactio pro injuria est actus justitiæ vindicativæ, cujus exercitium ad publicam tantum potestatem pertinet, proinde ante judicis sententiam, nulla per se est obligatio satisfaciendi pro injuria præcisa à damno, ut ex communi tenentur Laym. l. 3. tr. 2. c. 1. Pro offensâ autem, prædictum est, debetur semper satisfactio amicitie Charitate, & pacis humanæ virtute.

§. II.

Est debita per se ex sola justitia commutativa, & nulla alia virtute laesa.

16 **R**estitutio nimirum est actus solius justitiæ commutativæ, adeò ut obligatio restituendi oriatur ex violatione solius justitiæ commutativæ, non ex violatione aliarum virtutum; neque justitiæ legum, neque justitiæ distributivæ, nisi per accidens, quatenus simul violatur justitia commutativa. Communissima. D. Thomas q. 62. a. 1. aliique Laym. cit. c. 1. n. 4. Lugo disp. 1. Sect. 3. Res clara est: quia restitutio propriè est damni restauratio, quâ scilicet redditur alteri, quod suum est, seu, ad quod verè aliquod jus habet, in re, ad rem: & quidem ad æqualitatem arithmetica

modo supra explicato: atqui hoc est proprium solius justitiæ commutativæ, ut ex ejus definitione constat: atque ex violatione solius Justitiæ commutativæ, aufertur alteri; quod suum est, seu ad quod verum aliquod jus habet; & non ex violatione ullius alterius virtutis, ut mox patebit inductione: ergo restitutio est actus solius justitiæ commutativæ, & ex ejus solius violatione oritur ejus obligatio, & non alterius virtutis. Nam ecce!

I. Non ex violatione aliarum virtutum præter justitiam.

Quia per nullius alterius virtutis violationem læditur jus alterius auferendo, quod suum est, ut consideranti patet: & licet aliæ virtutes etiam debitum contineant, E. g. charitas succurrendi proximo in necessitate: Pietas honorandi, & juvandi parentes; observantia colendi Superiores &c. tamen per illarum violationem non aufertur illis, quod jam suum erat, sed solum omittitur, quod ipsis in certo casu præstandum erat: ergo ex illarum violatione nulla oritur obligatio restituendi per se loquendo; nisi, fortè per accidens simul læderetur justitia commutativa damnum inferendo; ut si quis superiores, vel parentes contumeliis afficiat, verberet: sic enim lædit simul justitiam commutativam auferendo debitum, quare tenebitur honorem debitum compensare.

II. Non ex violatione justitiæ legalis.

HAc enim tenentur membra procurare bonum commune Reipublicæ, etiam cum opus est,

D;

bon

bona sua privata contribuendo : atqui ex illius
 violatione non aufertur Reipublicæ aliquid jam
 um, seu quod ipsi jam appropriatum erat ; sed
 lum negatur, quod ei erat præstandum, &
 dem pro solo necessitatis casu : constat autem
 esse restituendum, quod alicui non absolute
 pro solo casu necessitatis debetur : ergo ex
 tione illius justitiæ legalis nulla est obligatio resti-
 tionis per se, nisi similiter quandoque per
 dens, si simul violaretur justitia commutativa
 si quis ex officio, vel pacto obligatus procurare
 num commune, negligat, ut Magistratus, mi-
 tes, vigiles &c. sic tenebuntur utique damna
 cuta Reipublicæ compensare.

*III. Neque ex violatione justitiæ distri-
 butivæ per se.*

²¹ **H**ic distinguendum est. Nam quædam
 na communia Reipublicæ ex justitiâ distri-
 butiva dividenda sunt principaliter in bonum ipsius
 Reipublicæ, vel Communitatis, quæ proinde
 singulis de Communitate, sed solum aliquibus
 iisque dignioribus conferenda sunt, ut beneficia
 Ecclesiastica, Officia publica, Dignitates &c.
 triusque statûs : atque in his ex violatione justitiæ
 distributivæ, quod prætermisiss dignioribus, con-
 ferantur minus, tamen verè dignis nulla oritur ob-
 ligatio restituendi : neque ipsi Communitati,
 Reipublicæ, cui supponitur sufficienter provisum
 per aliquem dignum, & idoneum : neque dignioribus

bus prætermiſſis, quia illi ante collationem nullum omninò jus habent ad ea bona, beneficia, officia &c. nec in re, nec ad rem, ut patet, adeoque non aufertur eis, quod suum erat, nec infertur injuria. *Ita omnes.* De peccato alibi sermo erit. Quòd si conferantur indignis, & ineptis, prætermiſſis dignis, erit quidem obligatio restituendi, seu compensandi damnum secutum Reipublicæ ipsi: non autem dignis prætermiſſis, ob eandem rationem datam. Verum id jam non ex violatione justitiæ distributiæ præcisè, sed potiùs commutatiæ; quia iniquus distributor ex officio, & pacto, adeoque ex justitia commutativa tenetur Reipublicæ, vel Ecclesiæ providere dignum, & idoneum Ministrum ad ejus bonum procurandum, & damnum cavendum: secus faciens, causa vera damni in justitiam commutativam impingit. Vide *Laym. Lugo, & alios citatos.*

Alia sunt bona communia per distributivam justitiam distribuenda singulis partibus Communitatis, quatenus partes sunt, & quidem proprie, & principaliter in comòdum earum partium: veluti cum Dux belli spolia hostium inter milites pro singulorum meritis, & dignitate distribuere debet: Idemque in aliis bonis communibus vacantibus æconomicis. Hic si distributor, dignis subtrahendo, minus dignis, vel indignis conferat, aut sibi arroget, præter peccatum, orietur obligatio restitutionis: at rursus non ex violatione justitiæ distributiæ præcisè, sed ex violata simul justitia commutativa: nam bona illa communia jam sunt

appropriata ipsi Communitati, quatenus e
 omnibus suis membris constat, quippe secun
 proportionem dignitatis in singulos distribu
 adeoque implicite, & quoad jus ad rem jam
 appropriata partibus ipsius Communitatis:
 si eis non dentur secundum proportionem dig
 nis, aufertur dignis aut dignioribus, quod jam
 um erat, quoad jus ad rem: ergo inferitur et
 jura etiam contra justitiam commutativam:
 ex justitia commutativa distributor eis restitu
 debet: omnibus quidem fraudatis servata pro
 tione geometrica dignitatis: singulis vero et
 servata proportione arithmetica, tantum scilicet
 singulis restituendo, quanto minus justo rece
 runt. Ita ex S. Thoma *cit.* recte explicant Mo
som. 3. tract. 2. disp. 714. Cajet. aliisque cit.
ner. disp. 4. q. 6. dub. 1. n. 4.

IV. Ergo solum per accidens.

23 **E**X violatione justitiae distributivae per acci
 solum potest oriri obligatio restitutionis, qu
 tenus simul violatur justitia commutativa. Pa
 jam in exemplis allatis. Et patet amplius in distri
 butione iniqua communium onerum. Ex
 enim semper quidem oritur obligatio restitue
 di; sed patenter ratione simul violatae justitiae co
 mutativae, quatenus scilicet uni imponitur onus
 supra facultatem respectu ceterorum, aut plus
 eo exigitur, quam teneatur praestare: adeoque
 fertur ei quoad partem, quod verè suum erat, qu
 secundum justitiam commutativam, & aequalit
 tem arithmeticam eidem restituendum erit.

er plures, etiam servata proportione geometrica
acultatum secundum justitiam distributivam. Ex-
empla obvia in Officialibus, Exactoribus, Dispen-
satoribus &c.

Tandem ipsa justitia commutativa in restituendo²⁴
singulis secundum æqualitatem arithmeticam sæpe
per accidens annexam habet justitiam distributivã
in restituendo pluribus, vel omnibus secundum pro-
portionem geometricam. Casus communis. Debi-
tor pluribus obligatus, non est omnibus solvendo
totum; debet partes suorum bonorum majores &
minores dividere secundum proportionem debito-
rum majorum & minorum, sicque singulis restituere
proportione geometrica. Si secus faciat, uni
minus dando, quam proportione debiti ei debea-
tur, violat de novo justitiam commutativam, &
æqualitate arithmetica eidem restituere debet
quantum minus justò eidem dedit.

§. III.

Restitutio est necessaria ad salutem.

Res nimis certa. Notissimum est illud mox²⁵
infra allegandum: *Non dimittitur pecca-
tum, nisi restituatur ablatum*; atqui remissio pec-
cati utique est necessaria ad salutem: ergo & resti-
tutio. Sed videndum, qualiter sit necessaria?
Assertio sic habet

1. *Non necessitate medii.*

Quia necessarium ad salutem necessitate medii²⁶
illud est, quod necessario concurrit ad salutem

eò quòd debeat in se, vel in suo voto, causam
 mam gratiam: ut sunt Baptismus, Pœnitentia,
 des &c.; ideòque per nullam ignorantiam
 impotentiam excusatur: sed tale non est restitu-
 non enim debet concurrere ad causandam præ-
 gratiam, sed solum requiritur ad salutem, ut
 tur peccatum, sicut observatio aliorum præ-
 rum. Deinde ignorantia, impotentia, & debet
 causæ excusant à restitutione, ut *Seçt. 4. par. 4.*
 & significat Lugo mox citandus: *Si res alienata
 di non possit &c.*: ergò non est necessaria necessitas
 medii. Undè corrigendus est vulgaris error per
 tium adeò necessariam ad salutem esse restitu-
 nem, ut animæ à purgatorio non possint liberari
 donec hæredes restituant, quæ defunctus in
 restituere debebat. Est enim contra rectam mor-
 nem, quòd quis ex ea culpa patitur, quæ atque
 non subjacent voluntati, sed aliorum. Exem-
 quædam allata de eo usque in purgatorio detur-
 donec restitutio facta sit, in occultum, & in
 Dei judicium referenda sunt, iustè sic puni-
 illos in altera vita, qui restitutionem faciendam
 cum facillè possent, distulerunt; & hæredes
 ordinariè in hoc negotio negligentibus, aut
 sis reliquerunt.

II. Sed necessitate præcepti.

27 **H**abetur expressè in S. Scriptura ad Rom.
Reddite omnibus debita &c. Tob. 2. V. Neg-
ne fortè furtivus sit hædus; reddite eum dom-
suus: quia non licet nobis aut edere ex furto alii-
aut contingere. Et Ezechiel c. 33. Si dixerit

causa morte morieris; & egerit pœnitentiam à peccato
 penitentia, & fecerit iudicium, & iustitiam, & pignus
 iustitiam restituerit, rapinamq; reddiderit, & ambulave-
 rit in mandatis vite, nec fecerit quidquam inju-
 dam pœnitentiam, vitâ vivet. & non morietur. Ubi ad pœni-
 tenciam & salutem æquè necessariò præcipitur re-
 stitutio ac observantia aliorum præceptorum. Ce-
 cilia, & pœnitentia est testimonium S. Augustini Epist. 25.
 4. parad Macedonium. Si res aliena, propter quam pec-
 es alienatum est, reddi possit, & non reddatur; pœniten-
 tia necesse non agitur, sed simulantur. Si autem veracia
 error pœnitentia agitur: non remittitur peccatum, nisi restituatur
 re restitutum, si restitui possit, ut dictum est. Sic Augu-
 stinus. Ratio autem clara est: Quia ejusdem mali-
 tiae est auferre, & retinere alienum: cùm retentio
 moraliter nihil aliud sit, quàm continuata ablatio:
 qui non auferre alienum sine dubio est necessari-
 am necessitate præcepti divini naturalis & positivi:
 ergò sic quoque necessarium erit non retinere alie-
 num, & consequenter restituere.

Dices: Non restituens non peccat: ergo resti-
 tutio non est necessaria necessitate præcepti. An-
 tecedens prob. Si non restituens peccaret, Domi-
 nus rei deberet ei remittere: quia ex lege Charita-
 tis quilibet debet bona temporalia propria postpo-
 nere salutem spirituali proximi; atqui si Dominus re-
 mittit, non restituens non peccat: ergo. Resp.
 Neg. anteced. & distinguitur probatio. Si proxi-
 mus sit in necessitate vera salutis spiritualis, concedo.
 Si non sit in necessitate, sed libera malitia tan-
 tum, ut est in proposito: Nego hoc.

II. Nimirum septimi.

29 **P**Ræceptum restituendi continetur in septimo de
 Præcepto Decalogi; omnium consensu
 ter: Quia in eodem Præcepto præcipiente alio
 finem, præcipitur etiam medium ad illum
 per se necessarium: atqui septimo præcepto
furtum facies: prohibetur injusta ablatio rei
 næ, & consequenter etiam injusta detentio:
 hæc sint ejusdem malitiæ, ut dictum est. Et
 cat Innocentius Papa *c. sapè. De restitut. spo-*
rum dicens: *Quod non multum interfit,*
periculum anime, injustè detinere ac in-
alienum: atqui ad hoc ut res aliena, injustè
 detineatur, per se necessarium medium est
 tutio: ergo in eodem præcepto septimo,
 præcipitur, ut rem alienam injustè non detinere
 consequenter etiam præcipitur, ut restituatur.
 ergo (ut suo loco videbitur) præceptum illud
 tim negativum prohibens injuriam, partim
 mativum præcipiens restitutionem, seu in
 illatæ compensationem.

IV. Verosimilius principaliter affirmativum.

30 **P**Ræceptum restitutionis principaliter neg
 vum esse, & secundariò solum affirmativum
 docent sanè communius Doctores. Scotus
dist. 15. q. 7. Paludanus, Gabriel, Adrianus,
 Navar. aliique cit. Tannerus *disp. 4. de justit.*
dub. 1. n. 8. Lugo *disp. 8. Sect. 2.* Ratio est:
 propter quod unum quodque tale, ipsum est
 tale: in præcepto autem restitutionis duo inclu-

tur: Unum negativum, ne scilicet res aliena inju-
 ste detineatur invito Domino: alterum affirmati-
 vum, ut positivo actu restituatur: atqui illud negati-
 vum est magis principale; propter ipsum enim
 præcipitur affirmativum de restituendo, & non
 contra: ergo præceptum restitutionis principaliter
 est negativum, & secundariò solum affirmativum,
 scilicet ex supposito, si res aliena detineatur, ut re-
 stituatur.

Dices: Ipsum detinere est negativum, cum ni-
 hil aliud sit, quam non reddere: ergo præceptum
 ipsum non detinendi est affirmativum, quia duæ
 negationes faciunt unam affirmativam. *ry. di-*
sting. anteced. Detinere est negativum physicè,
transfeat: moraliter: *Nego anteced.* Moraliter
 enim detentio est positiva actio, & quasi continua-
 ta acceptio, ut notant, *Tannerus, & Lugo cit.*

Verùm mihi semper probabilior visa est senten-
 tia opposita nimirum præceptum restitutionis prin-
 cipaliter, & per se esse affirmativum de ipso actu
 positivo restitutionis: & secundariò negativum de
 non detinendo rem alienam. Ita significat D. Tho-
 mas 2. 2. q. 62. art. 8. ad. 1. Et docent *Navar. Re-*
bellus, aliisque citatis *Laym. lib. 2. tr. 1. c. 2. n. 2.*
Tamb. lib. 8. tract. 3. de restitut. c. 1. n. 5. Ra-
 tio jam posita est: Quia præceptum restitutionis
 principaliter per se intendit, ut fiat æqualitas arith-
 metica inter datum, & acceptum cum Domino rei
 ablatae: hæc enim æqualitas est objectum formale
 adæquatum justitiæ commutativæ, secundum om-
 nes: atqui hæc æqualitas non fit, nisi per actum

positivum restitutionis; nulla enim æqualitas
 taret, si rem acceptam tantum non detineres, & quod
 men Domino positivè non redderes: & quod
 præceptum restitutionis præcipiat, ne detineas
 res domini, ideò præcipit, ut te rem non
 nente, eandem restitutam Dominus recipiat;
 des minorem oppositæ rationis æquè facile ne
 ac affirmari) ergo præceptum restitutionis prin
 cipaliter affirmativum est, & secundariò tan
 negativum. Et certè, qui alium læsit in fama
 honore, propriissimè tenetur restituere, seu
 dere ablatum, licèt propriè nihil detineat. Se
 de *DD. citt.* Non enim libet immorari spe
 tioni parùm utili ad praxin. Sufficit nobis
 præceptum hoc simul esse affirmativum, & ne
 vum, (quid quid sit de principali) atque
 obligare statim semper & pro semper, quamdiu
 tionabilis causa non excusat, ut suo loco videt
 33 Neque inde inferas in non restituente duo
 peccata, unum *detinere* rem alienam contra prin
 ptum negativum; alterum *non restituere* co
 præceptum affirmativum. Nam utriusque pro
 pti idem est finis intrinsècè, nimirum Domini
 habere, quod suum est secundum æqualita
 arithmeticam.

§. IV.

Obligans sub mortali ex genere suo.

34 **P**Ræceptum restitutionis obligare sub mortali
 genere suo, nimirum pro ratione materia
 damni illati gravis, certissimum est apud om

Et clarum ex dictis, ut alia probatione non egeat; sed benè perfunctoria explicatione terminorum adjunctorum: *Dummodò delictum commissum sit per actionem injustam externam, & culpam, Theologicam gravem.* Ad hoc ergo, ut quis ex delicto in foro conscientie obligetur sub mortali ad restitutionem, requiritur, ut injustæ ablationis, vel damnificationis delictum sit commissum.

I. Per actionem injustam.

Ratio patet. Quia ex sola justitia commutativa; læsa inducitur obligatio restitutionis, ut §. 2. probatum est. Nulla ergo inducitur obligatio restitutionis, si actio tua contra justitiam, seu injusta non sit, quantumvis aliòquin peccaminosa sit contra alias virtutes, Charitatem, Pietatem, Religio-
nem. Ut si graviter, vel extremè egenti elemo-
synam non præbeas: si ipsis parentibus ita egenti-
bus non succurras: si vovisti calicem Ecclesiæ, &
non solvas: si domum, vel segetem incensam ab
alio, non extinguas; nisi aliunde ex officio, vel
pacto, adeoque ex justitia obligeris: si judex reum
secundùm allegata, & probata justè condemna-
tum, verbis, vel aliis modis contra Charitatem of-
fendat: si reus etiam legitimè à judice interroga-
tus crimen neget, unde damnum sequatur vel fisco,
vel alteri, cui cederent bona rei: neque enim reus
ex justitia commutativa tenetur fateri veritatem aut
procurare utilitatem, fisci vel aliorum, sed ad sum-
mum ex obedientia, & justitia legali. Plura si-
milia audies inferiùs Tract. seq. c. 5. sect. 3. 4. & 5.

68 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap.*
ubi de compensatione occulta, de acceptis pro
necessitate, de acceptis ob turpem causam &c.

11. Per actionem injustam externam.

36 **R**atio iterum clara est: quia ut quis obligetur
restitutionem, debet fecisse inæqualitatem
altero, aliquid scilicet auferendo, vel destruendo
quod ipsius erat: hæc autem inæqualitas ut
non potest fieri per solam actionem internam quæ
cumvis injustissimam, quippe quæ in sola mente
stans nihil operatur exterius, sed tantum per actionem
externam realem; ergo per solam actionem
externam injustam inducitur obligatio restitutionis.
Nullam ergo restitutionis obligationem contrahit
qui solo actu interno proximo damnum operatur,
de damno aliunde illato gaudet, & exultat.
maligno affectu odii, & vindictæ proximum de
mine aliquo vero tamen, & justè accusat. Si
Judex justam sententiam ferat contra inimicum
suum gaudens de ejus damno, & afflictione:
etiam si judex proferret tunc injustam sententiam
sua opinione, quam postea deprehendit fuisse
justam, ad nihil restituendum obligabitur, quia
sententia illa formaliter tantum, internè, & ex
co
sentia erronea, non autem materialiter, re ipsa
externè injusta fuit. Similiter, si furer velle
quam puto esse tuam, sed deinde adverte revera
se meam, quamvis auferendo peccaverim ex
no affectu injulitæ, tamen propter eandem
nem non teneor ad restitutionem. Plures, &
faciles casus dabimus in quinto præcepto, de
sidio casuali;

III. Per culpam Theologicam.

AD contrahendam obligationem restitutionis³⁷ ex delicto injustæ acceptionis, vel damnificationis omninò requiritur culpa Theologica, & non sufficit sola culpa civilis, vel politica quæcunque lata, levis, levissima. Explico terminos.

Culpa Theologica dicitur: *Defectus voluntatis in operando contra legem Dei, vel rectam rationem*, adeò ut actio, vel omissio aliqua verè in conscientia, & coram Deo culpabilis sit: ideò enim dicitur culpa theologica, quam scilicet Theologi in foro conscientiæ, & in ordine ad DEUM spectare solent. Et hæc alia gravis, & mortalis; alia levis, & venialis tantùm, quæ ex dictis supponuntur.

Culpa civilis, politica, vel juridica dicitur: *Defectus externus in operando contra exactum modum agendi humanum*; & definiri solet: *Defectus ab eo, quod bonum & debitum est, hominisque diligentia præstari potest*. Unde & juridica culpa dicitur, quia eam Jura attendunt pro foro externo, in quo interna non patent. Triplex communiter distinguitur, *lata, levis, levissima*. Culpa *lata* dicitur, omissio diligentia, quam solent in tali negotio adhibere omnes prudentes, & diligentes. Culpa *levis*, est omissio diligentia, quam solent adhibere prudentiores, diligentioresque. Culpa *levissima* dicitur, omissio diligentia, quam solent adhibere soli in agendis rebus diligentissimi, & accuratissimi. Exemplum vulgò adfertur: *Accipisti librum, vel vestem commodatò, & reliquisti*

in loco patulo, quo omnes communiter
 re solent, ubi nec tuas res alicujus momenti
 queres, & sic perit res alterius: commissa
 pam latam. Repotuisti quidem in cubiculo
 vel cista cum rebus tuis, sed ostium non clausum
 est culpa levis. Clausisti ostium, sed non
 sti, an pessulus bene obductus fuerit: est culpa
 vissima. Simili modo judicandum in cæteris

40 Quod si ergo in his nullum adit voluntari-
 ternum, nulla scilicet advertentia, vel intentio
 damnum secuturum, tunc est culpa politica
 juridica tantum. Si autem adfuit aliquod
 tarius internum directum vel indirectum, quod
 quia vel intendisti, vel saltem prævidisti, aut
 videre debuisti damnum inde secuturum pro
 tunc erit culpa politica, & theologica simul
 quidem, si adit intentio indirecta, seu volun-
 rium indirectum, quo prævidisti damnum
 mi, nec cavilli, etsi directe minime inter-
 jam apud Juristas vocabitur *culpa latissima*.
 tem adfuit etiam directa intentio, & volun-
 hoc nocendi proximo, vocabitur à Juristis
malus: utrumque etiam apud Theologos
 tum mortale est, & inducens obligationem
 endi, ut in sequentibus patebit. His nota-

41 *Dicimus*; Nullam oriri obligationem re-
 di in foro conscientie, ex sola culpa civili
 lata, & levi, vel levissima. Quoad culpam
 vel levissimam (contra *Angelum, Adrianum*
ladanum, Panormitanum, & alios nota-
 contentiunt DD. communiter apud mox citat.
 Et ratio est: Quia nullus, nec circa proprias

ligentiam communiter adhiberi solitam, circa dñm
proximi: advertit, vel saltem advertere debet do, a
damnum proximi secuturum, eoque ipso posse
gicè culpabilis est. accep

43 Ex dictis sequitur, nullam contrahi obligati
nem restitutionis, si quis cum moderamine hanc
patæ tutelæ contra aggressorem, alteri pro gatio
damnum inferat, v. g. pecus, vel etiam homin feren
fortuito in ictum incurrentem lædat, vel occ vel n
Item si miles subditus iussus bona fide pugnat resti
bello injusto, prudenter tamen à se putato re. It
non obligatur in conscientia restituere dama 23.
lata ex bello, nisi ratione rei acceptæ adhuc alios
tis, vel quantum fortè inde ditior factus esset. Il
rarum. Item, si quis bona fide credens esse nuti
suam, illam absumat, nec inde in aliquo dicio mag
ctus est, ad nullam tenetur restitutionem; & tem
similibus: quantumvis in his culpa aliqua pol mor
interveniat. *Ratio est:* Quia in his, & simili non
in conscientia, & theologice non peccatur; & dete
nulla est obligatio restitutionis ex delicto. in q
cept

IV. Per culpam theologicam gravem,

44 **A**D inducendam obligationem restitutionis
vem, & sub mortali, ex delicto injuste
ceptionis, vel damnificationis, requiritur
theologica gravis, seu mortalis in conscientia
non sufficit culpa etiam theologica levis, seu ven
lis tantum, sive ex parvitate materiæ, sive ex imp
fectione actûs, seu indeliberatione. mor
talis
quar

45 1. In primis quando culpa injustitiæ in ablati
ne, vel damnificatione rei alienæ fuit venialis

tum ex parvitate materiae . modicum quid auferendo, absumendo, destruendo, per se clarum est, non posse oriri obligationem restituendi sub mortali, cum acceptio, & detentio, seu non restitutio sint ejusdem malitiae, saltem quantum est ex ratione materiae: ob hanc ipsam tamen rationem tunc adhuc oritur obligatio restituendi sub veniali: sicut enim peccasti auferendo venialiter, ita peccas venialiter detinendo, vel non restituendo; *Nec dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum*: ergo sub veniali teneris restituere. Ita communis DD. cum Sanch. lib. 2. in Decal. c. 23. n. 6. aliisque contra Valq. cit. n. 20. & 25. & alios nimis laxè ab omni restitutione liberantes.

II. Qui pluribus acceptionibus, vel furtis minutis, etsi defacto singulis venialibus tantum, magnam tamen quantitatem ad mortale sufficientem congregavit, secundum omnes tenetur sub mortali ad restitutionem summæ congregatæ: at non ratione ablationum venialium, sed ratione detentionis injustæ, ac damnificationis proximi in quantitate notabili aggregata, ut in septimo Præcepto de furtis minutis dicemus. Sed contra

Dices: Supponamus talem, postquam advertit, accrescente materia notabili, se grave damnum intulisse alteri, statim velle restituere, is adhuc tenetur restituere sub mortali: atqui tunc certè neque detentio ulla erit mortalis: ergo adhuc ex solis venialibus consurget obligatio restituendi sub mortali. *Respondetur neg. consequent.* Vel enim talis restituit statim, cum potest: & tunc nulla unquam contracta est obligatio restituendi sub mortali.

li, sed statim restituendo illam obligationem
 stavit, & extinxit. Vel non restituit statim, cum
 test: & ecce, jam exurgit detentio injusta moralitatem o
 inde obligatio restituendi sub mortali: quod
 notandum est. Aliter tamen, & laboriosè huic
 cultati respondet *Lugc* apud *Tamburinum*, citat

48 III. Insuper quando injusta ablatio, vel dan
 ficatio etiam in materia gravi est culpa venialis
 tum de imperfectione actus, seu indeliberato
 utpote facta ex non omnino inculpabili adven
 tia, præcipitantia, vehementi passione plenam
 liberationem, & perfectum voluntarium in
 diente: tamen si probabilis, magis pia, & tuta sit
 tentia, esse tunc obligationem restituendi in foro
 scientiæ, & quidem sub mortali. *Molina disp.*
n. 6. Valq. *Laym. rr. 3. p. 1. c. 6.* cum enim
 casu necesse sit alterum duorum damnum sub
 æquitas naturalis postulare videtur, ut dama
 potius luat nocens, qui aliquo modo moralis
 culpabilis damni causa fuit, quam alter omni
 innocens, ac dominus rei perditæ.

49 Nihilominus æquè probabilis, & in praxi
 tuta est sententia opposita negativa, neque tunc
 foro conscientiæ ante sententiam Judicis, esse
 ligationem gravem restituendi: atque adeò in
 conscientiæ nullam sufficere culpam venialem,
 mortalem requiri ad inducendam gravem obli
 gationem ex delicto. Ita *Sotus, Toletus, Henricus*
Sa. aliisque *citr.* *Less. cit. c. 7. dub. 6. n. 24.*
27. *Tannerus disp. 4. q. 6. dub. 2. n. 45.* *Lugo*
Scit. 5. & probabilem, ac tutam fatetur ipse

man. lib. cit. Ratio est: Quia sicut ad contractum, ita etiam ad injuriam simpliciter, & inducendam obligationem simpliciter, seu gravem restituendi, requiritur voluntarium simpliciter: atqui in proposito, cum culpa est venialis ex imperfectio-
ne actus, inadvertentia &c. non est voluntarium simpliciter & perfectum, ut per se patet: ergo nec est injuria simpliciter: ergo consequenter nec inducet obligationem restituendi simpliciter & perfectam, nimirum sub mortali, cum obligatio restituendi ex delicto non possit esse major in suo genere (secluso alio accidente) quam sua causa, scilicet ipsum delictum, seu injuria, ex qua nascitur. Quare eximendus fuit à mortali obligatione restitutionis, qui temerè tractans sclopetum oneratum, eo improvise soluto, virginem occidit. Alius similiter, qui horreum foeni incendit, secutâ aliquot domorum combustione. Et idem in similibus,

IV. Insuper satis probabiliter nulla tunc omnino oritur obligatio restituendi, neque sub veniali quidem. Ita Lugo l. c. n. 58. & Tamb. cit. §. 5. n. 3. Ratio huius sumitur à simili: Quia in probabili multorum sententia, etiam nostra, neque promissio facta homini, neque votum Deo factum, neque juramentum, neque præceptum Superioris, si procedant ex imperfecta deliberatione, inducunt ullam obligationem, ne venialem quidem: ergo neque injusta acceptio, vel damnificatio ex eadem indeliberatione procedens. Sicut ergo votum rei parvæ v.g. de liberatè factum quidem, inducit obligationem, sub veniali

veniali : at verò votum rei magnæ sine sufficienti
 deliberatione, vel advertentia factum, nullam
 minò, nec venialem parit obligationem, ut
 tenuimus : ita damnificatio rei parvæ delibe-
 & advertenter facta, obligat quidem ad restitu-
 nē sub veniali: at verò damnificatio etiam rei ma-
 sed sine sufficienti advertentia, & deliberatione
 cta, nullam, nec venialem parit obligationem.
 nent autem *DD. citi.* nisi certè constet, raro
 sumendam esse ejusmodi culpam venialem ex
 perfectione actûs in gravi damnificatione, ideo
 Confessarios ordinariè debere inducere peni-
 tem ad aliquam compensationem, vel am-
 compositionem cum parte læsa, quoad comm-
 fieri poterit, quod omninò consultissimum,
 circò jam

§ I Ex dictis sequitur, nullam contrahere obliga-
 nem restituendi eum, qui subitâ irâ percussit
 actione tantum venialiter malâ hominem occidit
 vel quodvis damnum homini intulit. *Lessius lib.*
c. 2. n. 28. Item si famuli, vel ancillæ sine
 veniali negligentia relinquunt fores domûs Domini
 apertas, unde fures damnum inferant. Item
 custos vinearum, segetum, nemorum, vestigalium
 veniali solum negligentia sinant damnum inferri
 & ita in similibus: supponuntur enim solum venialiter
 liter deliquisse: unde tantum onus certæ obliga-
 tionis sub mortali non potest progigni.

Sed restat hic grave dubium, & celebre: scilicet
 culpa externa quidem levis, sed cum interna mor-
 tali voluntate, & intentione nocendi graviter.

curto gravi damno, inducat onus restitutionis sub
 mortali. E. G. Titius explodens in feram, ad-
 hibita, non tamen omninò sufficienti cautelâ (a-
 deoque veniali solùm culpa) ad cavendum homi-
 cidium, interim animum habet, & optat occide-
 re hominem inimicum suum, & fortuito casu per
 errorem hominem occidit, culpa venialiter tan-
 tum externa injusta est, at interna mortalis. Item
 reponis venenum in loco non periculoso admo-
 dum, nec supra venialem culpam, interim habes
 animum, ut illuc accedens fortè Petrus inimicus
 tuus, eò sumptò pereat: actio externa rursus ad
 summum venialiter est mala, at culpa interna mor-
 talis. Item modicam pecuniam furaris à sene a-
 varissimo, furto externo non nisi veniali, sed cum
 mortali intentione interna, ut is ex mœrore amissæ
 pecuniæ coniciatur. Similiter, alapam levis de-
 decoris impingis adolescenti generoso, eo tamen
 animo, ut iste dedecoris impatiens moriatur.

Quæstio nunc est, an ita explodens, venenum
 reponens, furans, elapam impingens, culpa ex-
 terna venialiter tantum malâ, sed cum interna mor-
 tali voluntate nocendi graviter proximo, ita pec-
 cet contra iustitiam, ut secuto effectu, morte scili-
 cet alterius, teneatur ad restitutionem, ac etiam ir-
 regularitatem incurrat?

Affirmativam cum aliis citt. tenet. *Lugo to. 1. 54*
de just. disp. 8. S. 6. a. n. 74. eò, quòd actio il-
 la externa, etsi secundum se venialis, & leviter in-
 fluens in damnum proximi, tamen hîc & nunc ab
 intentione interna mortali, reverà mortalis sit, &
 verà

vera causa illius damni : & consequenter obligationem restitutionis, & irregularitatem indu-

§ 5 Negant autem tunc induci obligationem restitutionis, cum aliis Lessius *lib. 2. c. 9. dup. § 13.* Sanch. *l. 1. consil. c. 4. dub. §. n. 9.* Tamb. *c. 2. §. 5. n. 11.* Ratio est: Quia jure naturali inducitur obligatio restitutionis, nisi quando per suam actionem externam physicè, vel moraliter est efficax, & sufficiens causa damni illati, mortis, incendii &c. atqui in casibus propositis actiones externæ ex se sunt omninò leves, ac riter tantum, raroque influentes in talem effectum simpliciter enim non sunt causa efficax absoluta & sufficiens talis effectus, v. g. mortis: & licet sit animus internus mortaliter malus, ille tantum animus internus nihil omninò adjuvat, vel augmet lam actionem externam. Unde quamvis illa actionem externam verè reddat mortalem quoad effectum, non potest tamen illam reddere mortaliter malam, & injustam quoad effectum, cum se sit insufficiens ad causandum talem effectum. Obligatio autem restitutionis non sequitur ad meritam actionis internæ tantum, sed ad ejus efficaciam, & injustitiam externam (quo patet respectu ad fundamentum oppositæ Sententiæ) ergo si causa non inducitur obligatio restitutionis. adhuc incurratur irregularitas: hæc enim per *Canones* inducta est contra homicidium voluntarium quovis modo causatum, vel occasionatum, si non omninò efficaciter absolute: certè accensur criminaliter, secuta morte, vel mutilatione irre-

laris sit, sine dubio tamen non est causa efficax absoluta: de quo suo loco in quinto præcepto. Hæc sententia negativa videtur mihi probabilior: sed prior affirmativa tutior, in confessionali suadenda, vel urgenda.

Sermo hæctenus fuit de obligatione restituendi ex delicto formali injustæ acceptionis, vel damnificationis: nam de restitutione ex contractu seorsim dicitur *infra* test. 6. His præmissis de natura, & obligatione restitutionis, nunc explicandæ sunt ejus circumstantiæ supra initio capitis indicatæ. Omnium latissimè patens est circumstantia *quid & quantum*: ubi necessario explicandæ sunt omnes quatuor radices supra §. 1. indicatæ. Sed ut omnibus communia prius explicemus clarioris doctrinæ gratiâ, ne eadem sæpius repetere cogamur, sit

SECTIO. II.

Quid & quantum restituendum.

SUMMARIUM.

57. Ex justitia commutativa id, & tantum restituendum est, quod & quantum ablatum, vel damnificatum est.
58. Loquendo autem de restitutione latè sumpta pro satisfactione, aliquando plus restituendum est, quam acceptum sit; sed
59. Non nisi post sententiam Judicis.
60. Per se loquendo res ablata adhuc existens, eadem numero restituenda est, nisi Dominus sit, aut rationabiliter presumatur, aut debeat esse contentus restitutione alterius rei æquivalentis. Unde
62. Resolvuntur casus varii. Et
64. Audiendus non est Nabarrus universaliter volens eum, qui

- qui in æquivalenti jam restituit posse sine dānā
tia rem ablatam retinere.
67. Quid & qualiter restituendum sit, si res ablata
plus existit.
68. Divisio & explicatio fructuum rei, industria &c.
69. Fructus merè industriales ex re aliena restitui non
etiam à possessore mala fidei Hinc
70. Usque ad n. 75. resolvuntur varii casus notabiles.
75. Fructus verò rei, & merè naturales simpliciter resti
di sunt Domino rei.
76. Sicut & fructus mixti, seu partim naturales, partim
industriales; detractis tamen expensis, &
tione industria.
77. Idemque est de fructibus civilibus.
78. Resolvitur dubium
80. Licite detrahi possunt expensæ &
81. Estimatio melioramentorum, quæ triplicis generis
mutat
82. Qualiter & quæ melioramenta detrahere possit
bonæ fidei; qualiter & quo possessor mala
quod
83. Resolvitur dubium.
85. Quoad melioramenta voluntaria, seu voluptaria
tùm distinguendum est.
86. Quædam notantur.

ASSERTIO II.

ET

REGULA GENERALIS

56 **E**x iustitia commutativa id, & tantum restitu
endum est, quod & quantum ablatum, vel
nificatum est, unacum fructibus, non in
solius, sed rei, & mixtis, detractis tamen
sis, & estimatione laboris, industria, ac meli
mentorum necessariorum ac utilium tantum
ro conscientia à quovis, in foro externo autem
fidei possessore tantum: eaque omnia ex re
quidem in sola re; ex injusta autem accepta

damnificatione etiam inequivalente, seu valore.
Explico particulatim.

§. I.

Ex justitia commutativa id, & tantum est restituendum &c.

Agitur enim hic de restitutione propriè dicta, 57
quâ satisfit justitiæ commutativæ compen-
sando damnum injustè illatum: Justitia autem com-
mutativa intendit in restituendo solùm æqualitatem
inter datum, & acceptum, ergo ex justitia com-
mutativa solùm restituendum est id, & tantum,
quod & quantum ablatum, seu ut vocant *sim-*
plum tantum, & non plus. Deinde justitia com-
mutativa id solùm, & tantum præcipit restitui, ad
quod & quantum alter jus habet: sed alter solùm
habet jus ad id, & tantum, quod & quantum ab
eo ablatum est; ergo illud, & tantum solùm resti-
tuendum est. *Communis DD. apud citt. omnes.*

At verò loquendo de restitutione latè sumpta, 58
pro satisfactione & actu justitiæ vindicativæ, quâ
nimirum non tantum pro damno illato, sed etiam
pro injuria satisfaciendum est, plus etiam restitue-
ndum erit, quam acceptum erat, sed non nisi
post sententiam Judicis. Sic *Exodi 22.* statuitur.
Si quis furatus fuerit bovem, aut ovem, & occi-
derit, vel vendiderit, quinque boves pro uno bove
restituet, & quatuor oves pro una ove. Quò respici-
ens *Zachæus Luca 19.* ait ad Christum. *Si quid*
aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Et *insti-*
tuit. De actionibus, jure veteri statuitur, ut præter
THEOL. MORAL. PARS IV. F rem

rem ablatam fur occultus in duplum, fur
 stus in quadruplum condemnetur, & don
 plicetur. Licet autem hæc jura non sint an
 usu, simile tamen etiam hodie justè fit per
 tiam Judicis. Et Ratio est: Quia ex injur
 ptione, vel damnificatione non solum lædit
 ximus, damnum, & injuriam patiendo, se
 læditur Respublica: ergo justè solet, & pote
 publica, præter restitutionem simpliciter faci
 civi læso, infligi alia pœna gravior civilis, &
 niaria, applicanda aut civi ipsi læso ob injuri
 factam, aut ipsi Reipublicæ, seu fisco, prout
 stantia exegerint. *Ita communis D.D. qd
 Thoma cit. a. 2.*

59 Verum, ut dictum est, ejusmodi restitutio
 jor, & pœnalis in foro conscientia non de
 nec obligat ante sententiam Judicis. Sola
 stitia commutativa per se urget in foro con
 tia ad reddendum æquale: Justitia autem ve
 tiva quoad pœnales satisfactiones ad Judicem
 ctat. Quilibet ergo, qui offendit, vel in
 intulit, tenetur per sententiam judicis pœna
 mittere non tamen ad illam se offerre, multo
 eam sponte sibi infligere: cum exercitium
 vindicativæ publicæ, non privatæ authoritat
 & rei sit pati, & non agere.

60 Nota hic obiter discrimen inter excom
 cationem, aliasque censuras latæ sententia
 facto incurrendas, etiam ante omnem judicis
 tentiam, & alias pœnas legales, non nisi pe
 tentiam Judicis subeundas. Censuræ sunt

merè privativæ, ad quarum executionem nulla requiritur actio patientis; ideóque incurri possunt per legem ante aliam sententiam Judicis: aliæ verò pœnales legales, v. g. multæ pecuniariæ &c. sunt positivæ, & requirunt actionem positivam rei v. g. solutionem pecuniæ, cessionem ab officio &c. quam reus pati tantum debet per Judicis sententiam inflictam, cum rei non sit agere.

§. II.

Id restituendum, quod ablatum est.

V Niversaliter & per se loquendo, res ablata ad huc existens, eadem numero restituenda est.

DD. nec fas est aliud pro alio restituere regulariter.

Communissima DD. Quia Dominus rei amissæ, vel debitæ habet verum jus ad hanc numero rem adhuc existentem juxta *L. Manifeste. C. de solutionibus.* Unde potest Dominus eandem rem, ubicunque illam invenit, sibi vindicare: nam res quodocunque accepta, ubicunque est, Domini est: ergo illam habens, si non eandem restituat, domino injuriam infert. Contra verò eandem restituendo perfectissimè satisfit justitiæ commutativæ, & pars læsa perfectissimè restituitur in jus suum ad omnimodam identitatem, nedum æqualitatem. Excipiendum tamen: Nisi dominus sit, aut rationabiliter præsumatur, aut rationabiliter debeat esse contentus restitutione alterius rei æquivalentis.

Sic i. In rebus functionem suscipientibus, pecunia, frumento, vino &c. facile potest reddi unum pro alio in eadem specie, & bonitate: quia in

rebus ad eò æquivalentibus non potest rationabiliter invitus esse dominus. 2. Etiam in rebus functionem non habentibus potest unum reddi pro altero v.g. pro equo par boum, aliave res ejusdem valoris quando dominus non habet peculiarem affectionem ad rem suam eandem numero ; quin ipse factus esset permutaturus ; sic enim iterum non erit invitus.

63 3. Occultus fur, si eandem rem numero possit restituere sine sua infamia (ut certè alio modo contingere potest) retentâ eâdem, licitè possit ejus valorem in pecunia, vel alio æquivalenti vendere : etsi ipsi constaret, dominum non vellet restituere, sed omninò ipsam rem suam habere. *Ratio est:* Quia tunc dominus irrationabiliter invitus, cum pluris facienda sit fama proximi, potè bonum altioris ordinis, quàm res temporalis. v.g. equus, vestis &c. eandem rem numero habenda. Quin ob eam causam quando dominus omninò excusari poterit à restitutione furis, dicenda suo loco.

64 Quare non audiendus Petr. Navar. lib. 4. de restit. c. 1. dub. 3. universaliter asserens, qui in æquivalenti pro re ablata aliam rem præstantem jam restituit, posse sine injustitia rem ablatam, etiam existentem, etiam domino repetente retinere. *Ratio* in contrarium est : Quia non obstante restitutione facta, sed nondum acceptata, si tunc rei dominus retinet dominium rei facte missæ adhuc existentis, ubicunque sit. In tali casu potest habere aliquem specialem, & rationabiliter

affectum erga rem suam eandem numero: utpotè quia eam à Majoribus suis acceptam, vel à magno Principe, aut singulari amico donatam habet, aut alia speciali comoditate charior est alia re, quantumvis æquivalente, vel æquè præstante, aut fortè pretiosiore: propter quod meritò potest esse, & præsumi debet rationabiliter invitus, ut ipsi pro re sua alia restituatur: atque retinere rem alienam rationabiliter invito domino, semper injustum est: ergo eo casu, & maximè domino repente suam rem in specie, non sufficit restituisse vel restituere aliam rem etiam æquivalentem, vel etiam præstantiorem.

§ III.

Et tantum, quantum ablatum est.

QUando nimirum res ablata non amplius existit, & tamen restitutio facienda est, utpotè ratione injustæ acceptionis, tunc *tantum* restituendum est, *quantum* ablatum fuit, in æquivalenti. Hinc 1. Si illa res in suo genere functionem recipiat, ut pecunia, frumentum, vinum &c. restitutio facienda erit in alia re ejusdem generis, & qualitatis, cum fieri potest. 2. Sive autem recipiant functionem, sive non, si res sint certi & determinati valoris, per legem, vel consuetudinem, ut ferè sunt merces communes & usu consumptibiles, ille valor restituendus erit, sive in pecunia, sive in alia re æquivalenti ejusdem, vel diversi generis, prout fieri commodè potest, dummodò dominus contentus sit: nam

hac ratione satisfacit iustitiæ commutativæ re-
do æquivalens. 3. Si verò res ablata non fin-
terminati valoris per legem, vel consuetudine
nec per communem æstimationem determi-
les, uti est vita, sanitas, fama &c. aut de-
lata, vel damnificata quantitate, vel qua-
non satis constet, ut si quis incendat domum
rebus instructam, aut destruat segetes incen-
huc in futurum fructus &c. tunc restituendum
ad arbitrium prudentis, & probi viri, confide-
benè omnibus circumstantiis, judicando, quod
requiratur, vel sufficere possit ad æquationem
rei, quoad fieri poterit. 4. Addit Scotus
15. q. 2. a. 2. restituendum esse, non tantum
sam rem ablatam, sed etiam ejus usum, ve-
tius pro ejus usu: v. g. Qui solum usus fructus
no equo, veste, instrumento &c. tenetur ad res-
tutionem, scilicet etiam ad valorem, seu pre-
illius usus æstimandum ex consuetudine, vel ar-
trio prudentis: quia & ipse usus est pretio-
mabilis, adeoque, invito domino usurpatus
stus est, & restitutioni obnoxius. Verum hic
revocari potest ad fructus civiles.

§. IV.

Unâcum fructibus.

68 **F**ruetus alii dicuntur *rei*, alii *industriæ*.
ut loquuntur Theologi: fructus alii sunt
rales, alii *industriales*: iique vel *meri* vel
Fruetus meri industria, vel *industriales* dicuntur
quos sola industria humana profert, & nullo

natura rei ex se producit, licet concurrat ut instrumentum hominis industrii operantis, vel negotiantis; cujusmodi est lucrum ex rebus de se sterilibus, præsertim usu eontumptibilibus, ut pecunia, vino, frumento &c. his negotiando acquisitum, fructus industriæ est, non rei. Sic opus alieno instrumento ab artifice confectum, non instrumento, sed artificis industriæ pro fructu tribuitur. *Fructus meri rei, seu purè naturales* dicuntur, quos sola natura ex se progignit, nullo, vel vix ullo humano labore, vel industriâ cooperante, ut sunt animalium fœtus, herbæ, gramina, L. Fructus 45, ff. de usuris. *Fructus mixti, seu naturales & industriales simul* dicuntur ad quos producendos natura simul & industria humana cooperantur, ut segetes, omnèsque fructus serendo, & colendo producti, vinum, oleum, lana, caseus, butyrum &c. ut notat etiam Sanch. lib. 2. Moral. c. 23. n. 54. Quo etiam spectant *fructus civiles*; nimirum pretia domorum, jumentorum, aliarumque rerum elocatarum pro pretio: sic dicti, quod non propriè fructus sint, sed ad similitudinem fructuum Jure Civili constituti: ut habetur L. Prædiorum ff. eod. *prædiorum sponsiones pro fructibus compensantur.* Deniq; *fructus rei naturales meri, vel mixti*, alii sunt percipiendi, & pendentes adhuc; alii sunt percepti, seu à solo jam separati. His positis circa fructus indifferenter, sive res aliena bona fide, sive mala fide obtenta & possessa sit, dicimus restituendos esse *fructus.*

Non Industria solius.

69 **F**RUCTUS merè industriales ex re aliena non aut restituendi domino rei, sed ad possessorem abusu bonæ, seu malæ fidei, pleno jure spectant. *Num, munissima. Navar. c. 17. n. 25. Mol, dispens. 719. & 720. n. 2. Less. lib. 2. dub. 6. Laym. lib. 3. traët. 2. c. 3. n. 3.* Ratio est: ad eum spectant fructus, cujus est causa fructifera: sed fructus merè industriales non sunt rei alienæ, utpote omninò sterilis, ut supponitur, sed solius hominis industrii operantis, vel operantis; ergo fructus merè industriales ex re non sunt restituendi domino rei, sed spectant ad eum qui industriam, sive is deindè bonæ, sive malæ fidei possessor sit: neque enim malæ fidei possessori hinc suffragatur iniquitas, sed industria labor, & ingenium, aut etiam fortuna. *Et sic resolvitur.*

70 **I.** Bonâ, vel malâ fide possidens pecunias alienas, quibus dominus in lucro quærendo usus non esset, quidquid iis lucratur, sibi acquirit, nec tenetur restituere, nisi solum ipsam pecuniam alienam. Idem est, si pecuniam furtivam, vel usurariam in negotiationi, vel ludo exponas; solum enim fructus pecuniam furtivam, vel usurariam, non venales, sed inde acquisitum, quippe merè industriale, restituere teneberis. Idemque est, si fructus alienum, seu quidvis aliud mercium, alioquin plus valet, deportatum longè carius vendidisti, fructus non domino, sed tibi acquiris, cum sit

Etus meræ industriæ, ac laboris tui; satisfacisque restituendo frumentum ejusdem qualitatis. Quod si autem dominus suâ pecuniâ, frumento &c. si possessorem habuisset, & ipse usurus fuisset ad lucrum quærentem, tenebitur quidem possessor malæ fidei commensurare lucrum speratum, at non per modum fructus, sed per modum interesse, seu lucri cessantis. Omnia certa apud omnes.

II. Officiales Principum, vel Magnatum The-
saurarii, Camerarii, Quæsttores, Telonarii, Eleemosynarii; item famuli, depositarii &c. pecuniis dominorum sibi commissis negotiando, cambiendo, mutando, ludendo &c. lucrantes, secluso omni præjudicio, vel periculo dominorum, saluâ nimirum ipsis sorte ejusdem qualitatis, quandounque petierint, omninò lucrum sibi acquirunt, nec dominis restituere tenentur, cum sit fructus meræ industriæ, & non rei ad dominum spectantis, scilicet pecuniæ naturâ suâ sterilis: neque enim peccant contra justitiam, secluso omni periculo, & præjudicio dominorum; estò peccent contra obedientiam, si domini id expressè, vel tacitè prohibeant, (& certè regulariter sic prohibere præsumendi sunt) atque in pœnam delicti, saltem pecuniæ fraudis, ac injustitiæ habentis, subinde eo sacro privari possunt. Sic *Molina, Reginaldus*, aliisque *citt. Diana. p. I. tract. 8. Resolut. 22.* Et ex professio probat *Laym. lib. 3. de contractibus tract. 4. c. 28. n. 4. per totum.* Sed monendi sunt Confessarii, ut quoad hoc cauti sint in consulendo futuro; nam Domini, postea comperta re gra-

viter inde scandalizantur, ut experientia

De hoc redibit fermo, cum *de contractibus*:

72 III. Si quis bona, vel mala fide frumentum
num seminavit in agro suo, segetem totam
quirit: est enim fructus & sui agri, & industria
& solum tenebitur domino restituere ipsu
mentum seminatum æquivalens; & si ma
accepit, & seminavit, etiam interesse, seu
num emergens, & lucrum cessans domini
rentia sui frumenti. Contra si tuum frum

In alieno agro, seu bona, seu mala fide seminati

tota seges erit Domini agri, quia est fructus

Accipe ergo frumentum æquivalens pro fructu

feminato, & expensas, laborisque pretium, extra

hil præterea, juxta mox dicenda. Rati

73 IV. Si quis alieno instrumento opus elaboratum

v. g. alterius penicillis in tabula sua pinxit: ab

ferrâ, & tabulâ arcam confecit ex sua materia

ad dominum instrumenti, sed ad artificem abla

elaboratum spectabit; est enim partus artifi

deoque fructus industriæ, & non instrumenti

rei alienæ. Tenebitur tamen artifex præter

menta ipsa, etiam valorem, seu æstimationem

usûs instrumentorum domino restituere, &

communi notat Laym. *lib. 3. de restitut. tr. 1.*

num. 3.

74 Contra: si tuo instrumento in aliena materia

bore, v. g. tuis penicillis pingas in aliena tabula

tuo calamo scribas in alieno pergameno, regu

ter adhuc opus factum ad te spectabit cum

compensandi pro materia: quia regulariter ad

im pluris valet, quam materia; Secus dicendum, si oppositum contingat, ut si pingas in aliena lamina aurea, vel argentea; si artifex in alieno auro operetur. Sed de hoc alibi, cum de acquisitione domini per adjunctionem.

S. IV.

Sed Rei.

FRUCTUS rei, & merè naturales simpliciter restituendi sunt domino rei. Ita omnes, etiam cide-
tati mei. Habetur *L. 22. C. De rei vindicatione.*
Ubi dicitur: *Certum est mala fidei possessores omnes fructus solere cum ipsa re prestare, bona fidei vero, extantes; post litis autem contestationem universos.*
Ratio est: Quia omnis res fructificans suo domino fructificat, & quod ad rem ablatam naturaliter sequitur, spectat ad dominum rei: sed fructus illi merè naturales omninò naturaliter sequuntur ad rem ablatam; ergò domino rei restituendi sunt. Idque verum est: 1. Tam de fructibus jam perceptis, & à solo separatis, quam de fructibus percipiendis, seu pendentibus: ut sunt segetes adhuc agro adhærentes, fœtus adhuc in utero matris, vel pecudis latens &c. hi enim fructus censentur pars rei fructiferae. *L. fructus ff. de rei vindicat.* 2. Etiam verum est, etsi dominus eos fructus per se non percepisset ob suam negligentiam, vel aliam causam: ut si animal non fuisset apud ipsum maritatum, ager non seminatus, seu cultus. *Ratio est: Quia adhuc verè sunt fructus rei, quæ semper suo domino fructificat.* 3. Etiam verum est de fructibus perceptis

ceptis ex re per possessorem bonæ fidei manentem
quia res meliorata adhuc est domini pristini
adhuc Domino fructificat (detractis impensis
liorationis, de quo mox infra) ex communi
lina *disp. 719. Lugo disp. 17. sect. 3. n. 520.*
deoque etiam verum est de possessore quædam
bonæ fidei jure civili: nam fructus merè non
manere sub dominio domini rei, expressè
L. 45. ff. de usuris. Atverò fructuum mixtorum
postquam percepti, & a solo separati sunt, fru-
nium bonæ fidei possessori acquiritur quod
habetur *Institui. de rerum divisione: ubi dicitur*
Si quis à non domino fundum bona fide emerit
ex donatione, aliave justa causa, æquè bona fide
ceperit, naturali ratione placuit fructuum mixtorum
percepti, ejus esse pro cultura, & curâ
solum valet in foro externo civili, & usque ad
tentiam Judicis contrariam implorandam,
aliis docet *Sanch. lib. 2. Moral. c. 23. n. 73.*
cit. c. 3. n. 5.

§. VII.

Et mixtis.

761. **E**Tiam fructus mixti, seu partim naturali
partim industriales Domino rei restitui
sunt, sed detractis expensis, & æstimatione
stræ. *Communis D.D.* Ratio est eadem
fructus omni jure ad eum spectant, cujus est
fructificans: sed fructus mixti partim sunt fru-
ctus rei alienæ v. g. fundi; partim autem fru-
ctus industriæ, ac laboris alterius: ergo fructus
ti ita restituendi sunt domino rei, ut tamen

antur impensæ, & æstimatio ipsius indultriæ, ut
imírurum retineri possit pars fructuum expensis, &
æstimationi indultriæ respondens.

Deinde nullus debet locupletari cum alterius ja-
tura, *Regula 48. in 6.* sed possessor seu bonæ seu
malæ fidei locupletaretur cum jactura, & damno
omni rei, nisi ipsi restituerentur fructus rei etiam
mixti, detractis tamen expensis, & æstimatione
prædictis: ergo &c. Nec obstat, quod dicitur
*. 48. ff. de acquirendo rerum dominio. Bonus
dei emptor non dubiè percipiendo fructus etiam
mixtos re aliena suos interim facit; non tantum eos,
si diligentia & operâ ejus provenerunt, sed omnes:
mixta quoad fructum attinet, loco domini penè est.*
Verum enim est: quòd bonæ fidei possessor inte-
rim, dum illi lis non movetur, quasi domini loco
habebatur; adeò, ut si fructus etiam naturales alienâ-
vit, vel consumpserit, durante bona fide, ad nihil
impliùs teneatur, nisi quatenus indè locupletior fa-
ctus sit. Per quod non negatur, quòd fructus
mixtos domini rei comparenti (prædicto modo)
restituere teneatur.

II. Eadem ratione dicendum de fructibus, ut
vocant, civilibus: ut si quis seu bona, seu mala fide
possidens alienam domum, vel jumentum, pro
pretio locavit, pretium ad dominum rei spectabit,
detractis tamen, si quæ facta sunt, impendiis. Un-
de etiam malæ fidei possessor, si domum alienam à
se melioratam per adjunctionem v. g. portarum,
fenestrarum, cancellorum, horologiorum &c. ra-
tione illius melioramenti majori pretio locavit,
quam

quàm aliàs in statu ad dominum pertinentem potuisset, istum excessum pretii sibi retinet, restituto solum pretio communi. *Dicastillo & aliis docet Tamburinus lib. 8. c. 3. §. 5. n. 9.* Ratio est: Quia hæc melioratio facta est per inædificationem, vel plantabilem &c. hæc enim velut pars rei fundi cedunt De quo *Tr. 6. c. 1. Sect. 4. a. n. 1.*

78 III. Quid dicendum de rerum locatione ordinaria, quæ non solent sic locari: v. g. bonæ malæ fidei possessor torque aureum alienam solam ostentationem pro pretio locavit, cur erit istud pretium: an domini, tanquam fructus vilis: an locatoris, tanquam fructus industriae placuit *Navarro in manual. c. 17. n. 25. & aliis?* Respondetur: Omnino spectare ad dominum, eique unà cum torque restituendum esse communis DD. *Rodriguez, P. Navar. disp. 719. n. 5. aliisque citt. Sanch. lib. 1. tit. 13. n. 132. Less. l. 2. c. 11. dub. 17. n. 114. cit. n. 6. Tambur. cit. n. 8.* Ratio est: Quia iurum reverà non est fructus industriae locandæ datur pro usu ipsius rei vero pretio æstimabilem si quis locaret usum agri sterilis: atqui usu rei fructus civiles, sicut facit domus locata: ergo pretium locati torquis est fructus civilis ipsius rei cuius usu datur, consequenter ad dominum revertetur & stabit.

IV. Nec obstat, quòd dominus fortè torquem
illum nunquam locaturus fuisset; quia sæpè fit,
quòd res apud alienum possessorem plus domino
fructificet, quàm si in ejus potestate mansisset.
Quemadmodum, si injustus possessor ædes alteri
locet, pretium locationis, ad dominum spectat,
non obstante, quod ipse dominus ædem fortè nun-
quàm elocâsset, juxta communem Sententiam a-
ud Laym. cit.: Quod etiam de fructibus natura-
libus supra notatum est. Solùm ergò ejusmodi lo-
cans excusabitur à restitutione pretii locationis talis,
quando creditur dominum omninò nolle tale futile
pretium: quemadmodum *Diana p. 2. tract. 17.*
Miscel. resol. 50. liberavit à restitutione quendam
rusticum, qui mulum à ditissimo domino surrep-
tum locavit pretio per multos annos notabili lucro:
quia nimirum nobilis ille ditissimus non credebatur
curare ejusmodi pretium: & remissio saltem impli-
cita creditoris, generalis est causa excusans à resti-
tutione. Plures casus huc revocabiles habentur in
materia de cambiis.

VIII.

*Detrahitis tamen expensis, & estimatione la-
boris, ac industria, nec non melioratorum
necessariorum, ac utilium tax-
iam.*

Certum est apud omnes, quoad expensas à
possessore seu bonæ, seu malæ fidei factas in
percipiendis fructibus, eas semper in foro conscien-
tiæ licitè posse detrahi: & à possessore bonæ fidei,
etiam

etiam in foro externo, jure Civili. Nam *Nece*
non intelliguntur, nisi deductis impendiis, locuntur
ff. soluto Matrimonio. Et *L. Fundus ff. in rem r*
lia herciscunda dicitur: *Nullus casus inter eos,*
potest, qui hoc genus deductionis (impendiorum domo
fructibus) impediatur. Et ratio clara est; quare,
 si in restituendis fructibus detrahantur expensæ
 jasmodi, quas ipse rei dominus facere debet, plus ipse recipiet,
 quam ei debeat. Quibus estimationem etiam laboris,
 & industriæ, & communissima DD. Navar. c. 17. n. 27. *volup*
tract. 3. n. 115. Less. Sanch. Laym. ll. cc. Log. etus n
17. Sect. 3. Eadem omninò est ratio allata *tatem*
ced. n. 76. (etsi nonnulli negent: sed *facidaria*
 rùm consequenter, ut rectè etiam advertit *Tris va*
cit. §. 5. n. 11.) Nam sicut si labor, & industria præ
 fuissent adhibita ab alio extraneo, debuisset datur n
 eorum pretium solvere, quando dicerentur *ruptu*
 sæ: ergò idem debet, eique detrahi poterit, *III*
 do idem labor & opera adhibita sunt à possessore, &
 bonæ fidei (imò & malæ fidei, in foro conscientie) posse
 ut benè probat Lugo *loc. cit. n. 61.* etiam quæ fidei
 vocantur labor, & industria: neque enim præ
 rea naturam mutant.

81 II. Eadem verò est ratio de contrahenda æ
 tione melioramentorum seu expensis, labore, &
 industriæque factis à possessore in re aliena melio
 da: utpote, si sunt plantatæ novæ arbores, & *malæ*
 ædificia erecta, novus puteus effossus, vel fons *huic*
 rivus adductus &c. Sed advertendum: melio
 menta, seu impendia illa posse esse triplicis generis
 T

Nam fructus *Necessaria, utilia, & voluntaria. Necessaria dicuntur*, quæ necessariò adhibentur ad conservandam rem rei alienæ; quippè, quæ aliàs periret; nulli fructus interios, vel deteriores fructus producere, ut reficere domum, fruges sub tecto conservare, agrum extirpare, quædam impinguare &c. *Utilia dicuntur*, quæ fiunt ad rem utiliore reddendam, ut scilicet plures fructus ferat, quàm necessariis solis impendiis adhibitis adferret: ut novas arbores plantare, agros amplantare, extraordinariè meliorare &c. *Voluntaria seu voluptatis impendia dicuntur*, quæ rem, vel fructus non augent, sed merè ad ornatum, vel voluptatem fiunt: ut sunt fontes, picturæ, statuarum, viridaria, & his similia, quibus sine dubio prædium plerumque tria valet, & majoris aestimatur: tamen quia ex illis prædium non reddit plures fructus, non dicuntur melioramenta utilia, sed voluntaria, ac voluptuaria. His positis, dicimus ulterius

III. Omnia impendia ad melioramenta necessaria, & utilia, in restitutione rei alienæ, & fructuum possessor bonæ fidei quidem in omni foro; malæ fidei autem possessor in foro conscientiarum tantum, justè, & licitè detrahit, *juxta communissimam D.D. apud sæpè cit.* Ratio est: Quia illa impendia, & melioramenta cesserunt in commodum, & utilitatem, vel etiam indemnitatem Domini rei: cumque utiliter rem domini gesserit etiam possessor malæ fidei, spectatâ juris naturalis æquitate, etiam huic compensatio debetur. Insuper, si res cum ejusmodi melioramentis, utcumque venerit ad domini manum, antequam detractæ, vel solutæ sint

THEOL. MORAL. PARS. IV. G expen-

expensæ illæ, eas possessor bonæ fidei adhuc petere, & dominus in conscientia tenebitur solvere: *juxta communem DD.*

83 At dubium est hic de possessore malæ fidei tunc adhuc teneatur dominus illas expensas in conscientia? Negat cum aliis Sanch. *lib. 3. ral. c. 23. n. 143. & 144.* Ratio ejus est: quoties lex justè negat actionem ad aliquam petendam, & simul concedit debitori repetitionem si solverit, licebit etiam eidem debitori non solvere in conscientia, ut fusè probat Sanch. *lib. 6. de matr. disp. 38. n. 35. & disp. 8. n. 15.* Sed possessori malæ fidei actionem petendi expensas melioramentorum dat domino repetitionem, si solverit, in usuris; ergo &c.

84 At verò Navarr. apud eundem Sanch. cum in conscientia obligari solvere, ante sententiam Judicis contrariam. Ratio est: Quia nam delicti negat possessori malæ fidei actionem petendi expensas illas, & concedit repetitionem solventi: atqui poena non obligat sententiam Judicis: ergo ante hanc manet obligatio naturalis solvendi illas expensas, ob rem gestam, etiam malæ fidei possessori. Utramque sententiam probabilem meritò censet *Tamb. c. 5. n. 17.* Sicque inter dominum, & possessorem malæ fidei poterit dari bellum ex utraque parte.

85 IV. Quoad melioramenta, seu impendia functaria, seu voluptatis tantum, distinguenda aure

Si quidem ea à re salva separari possunt, ut portæ, fenestræ, statuæ, horologia, insignia &c. alienis prædiis, vel ædibus affixa, licitè auferuntur à possessore seu bonæ, seu malæ fidei, ut omnes concedunt.

Quòd si verò sine damno rei separari nequeant, vel per implantationem accesserint rei, ut arbores, plantæ, herbæ &c. pro iis possessor malæ fidei uihil poterit repetere, nec dominus tenebitur solvere ejusmodi voluntarias expensas, sed possessor ille iniquus sibi ipsi imputet, quòd amittat eas expensas, quas circa rem, scienter alienam, sine domini consensu, & citra ejus utilitatem fecit: ut pluribus docent Molina *disp.* 712. Sanch. *cit.* n. 139. & Lumentor *cit.* n. 61. Qui tamen ibidem n. 63. vult saltem aliquid modicum esse à domino solvendum, eò quòd etiam ejusmodi melioramenta vili emere ei utile sit: non improbabiler. Cæterùm possessori bonæ fidei conceditur facultas libera non tantum auferendi ejusmodi melioramenta, si separari possint, sed etiam cogendi dominum ad solvendum pro iis, quantum ipse expendit, aut ad vendendum ipsi totam rem justo pretio: ut ex communi notat

Tamb. ibidem n. 14. in fine.

Denique generaliter notandum pro dictis melioramentis, etiam necessariis, & utilibus, dominum non teneri solvere, quantum crevit valor rei suæ, sed quantum valuerunt expensæ, quibus ea melioramenta facta sunt: aut si expensæ excefferint, quantum defacto ei res utilis est v. g. plantavit possessor fundi alieni arborem fructiferam expensis unius aurei, nunc autem arbor plantata valet decem aure-

os, unum tantum aureum debet dominus, pro
 tem decem reddere. *Ratio est:* Quia ex una
 plus non expensum est à possessore, quam unum
 reus; ex altera autem parte, augmentum illius
 partus sui agri. *Econtra:* si expensæ fuissent
 cem aureorum, sed arbor nunc valet unum tantum
 aureum, rursus unum tantum, non decem debet
 dominus: quia pro uno aureo tantum utilis est
 mino arbor: non autem æquum est, ut cogit
 emere rem pluris, quam ei utilis est. Imò si
 for bonæ, vel malæ fidei expendisset unum
 gram aureum; ipse autem dominus in eius
 melioramento expendisset medium tantum,
 dium solum tenetur dominus reddere: qui
 solum debet id, in quo emolumentum capit
 terius expensis: capit autem in solo dimidio
 L. *Si fundo ff. de rei vindicatione*, colligit,
 ribus explicat Sanch. *lib. 1. in Decal. c. 23. n. 16.*
 & *Mol. cit.* Tandem ex comuuni admittit
 n. 16. possessorem tam bonæ, quam malæ fidei
 fructibus quomodocunque consumptis de
 compensare cum melioramenti necessariis
 quantumvis utilibus. Quia quo plures fru
 percepit possessor, etsi eos consumpserit, eom
 censetur pro melioramenti expendisse, vel
 ptus illos redemisse.

Et hætenus de quantitate restitutionis in
 muni, prout abstrahit ut plurimum à bonæ
 malæ fidei possessore, etsi aliquæ particulares
 rentiæ sparsim indicatæ sint. Sequitur jam
 rentia generalis *ultimis verbis assertionis.*

*Eaque omnia, ex re accepta quidem in sola re;
ex injusta autem acceptione, vel damnifica-
tione, etiam in equivalenti, seu
valore.*

Hic traditur duplex radix restitutionis strictè
sumptæ, scilicet *ratione rei accepta tantum,*
& *detenta à bona fidei possessore,* qui scilicet proba-
biliter credit rem esse suam, & in eam se jus habere:
v. g. qui rem empto, vel dono accepit à non do-
minò, credens tamen esse dominum rei: qui rem
inventam retinet, credens domino carere, vel pro
de relicta haberi &c. Et ratione injustæ acceptionis
vel detentionis à *possessore mala fidei:* Qui nimirum
scit, vel scire potest, & debet, rem esse alienam: ut
si ipse furatus est, aut rem empto, vel dono accepit
ab eo, quem scivit non esse dominum, vel rei alie-
nandæ potestatem non habere, v. g. à fure, filiofa-
miliæ, pupillo, Religioso. De quibus jam *distin-*
ctis Sectionibus.

SECTION III.

*Quid, & quantum restituendum ex de-
lictò materiali, ratione rei accepta, à pos-
sessore bona fidei, vel etiam dubitare
incipiente.*

SUMMARIUM.

89. Possessor bona fidei tenetur restituere statim.
90. Postquam certò intellexit rem esse alienam.
91. Si incipiat dubitare per leves solum rationes, non tene-
tur examinare veritatem;

92. Si verò rationes dubitandi sint graves, tenetur inq. 22.
 &
93. Interea rem conservare: & si dubium vincere non potest, rem licite retinet tanquam suam, ac
95. Licite usurpat; consumit, alienat, &c.
98. Et eâ sic bona fide absumptâ nihil restituere tenetur, nihil remaneat, in quo factus sit ditior.
100. Si verò inde factus est ditior, id sibi per se quamprimum advertit, id sibi per se pro ex re aliena, & non ex sola industria
101. Unde juris cognoscere possit se ex re aliena ditior factum.
102. Qui rem alienam bona fide alienavit ea ratione accepit, sine lucro, ad nihil tenetur; secus si bonabit diversa ratione, & cum lucro. Et us
103. Usque ad n. 109. Resolvuntur varii casus, mix
109. Similiter qui rem alienam bona fide consumpsit ordinarios aliâs ex propriis faciendos, re labor tenetur pro tantò: secus si consumpsit ad extraordinarios. repet
110. Usque ad n. 116. Exempla & casus particulari bitato ad cœnam furtivam; utente alterius militibus prædas agentibus &c. furti
116. Cognoscens rem esse alienam, non tantum ipsam etiam fructus rei naturales & mixtos restituat: tamen tium
117. Fructus extantes tantum, detractis expensis, A
118. Idq. ipsi Domino rei, etiam non repetenti, per se Scot. do; & non furi v. g. à quo accepit. Qui
119. Idq. verum est non tantum, quando possessori bona nam nullum inminet periculum amittendi pretium. fidei
120. Sed juxta communem etiam quando ei certum inminet periculum amittendi pretium, si rem immo tiner restituat ipsi Domino. ciper
121. Nihilominus satis probabile est, posse rem furto statim immediatè etiam reddere furi ad pretium restituen- de c randaum. ra au

222. Usque ad n. 126. probatur variis exemplis & casibus, &c.

226. Usque ad n. 130. Respondetur ad fundamenta oppositæ sententiæ.

ASSERTIO & REGULA.

Restitutionis ex delicto materiali, & ratione rei acceptæ tantum, mensura est quantitas possessionis in re, fructu, vel emolumento. Hoc est: Possessor bonæ fidei, postquam certò intellexit rem esse alienam, tenetur statim restituere, aut ipsam eandem rem adhuc extantem in toto, vel in parte: Aut si bona fide absumpta est, quantum ex ea ditior factus est: Item fructus rei extantes naturales ac mixtos, detractis tamen expensis, ac aestimatione laboris, & industria: idq; ipsi domino, etiam non repetenti per se loquendo: probabile tamen est, rem furtivam posse reddere furi ad recuperandum pretium, seq; indemnem servandum.

§. I.

Tenetur statim restituere.

Asertio, & Regula tota (excepto ultimo) est communissima. D. Thom. 2. 2. q. 62. a. 6. Scoti in 4. dist. 15. q. 2. Ratio generaliter est: Quia ex una parte, nemo potest scienter rem alienam detinere, invito domino: atqui possessor bonæ fidei, postquam intellexit, rem esse alienam, jam detineret rem alienam invito domino, eoque ipsò inciperet fieri possessor malæ fidei: ergo tenetur eam statim restituere. Sed de hoc statim latius infra, cum de circumstantia Quando restituendum. Ex altera autem parte, eò ipsò, quòd possessor bonæ fidei

¶ 4.

non

non teneatur restituere ratione injustæ acceptionis, cum nulli injuriam intulerit, ut supponitur, solum ratione rei alienæ acceptæ, & possessæ, tenetur plus restituere, quam defacto possideat in ipsa re, sive in aliquo ejus effectu, ut sunt fructus rei, & emolumenta inde percepta, seu id, quod factus est ditior, ut mox particulariter declarabitur. Idque totum intelligendum: nisi ille jam antea legitimo præscriptionis beneficio (de quo alibi tractabitur) dominium rei, aut fructuum sibi comparaverit. Ubi obiter notandum fieri, posse, quod bonæ fidei possessor dominium fructuum, præscriptione seu usucapione sibi acquisierit, at nondum dominium rei fructiferæ, utpote prædii, seu fundi, quo fructus percepti sunt. Quia ad præscriptionem fructuum, frumenti &c. tanquam rerum mobilium sufficit triennii spatium: ad præscriptionem autem prædii, seu fundi, tanquam rei immobilis longum tempus requiritur, nimirum decem annorum inter præsentis, & viginti inter absentis. Hinc ergo fit, ut sæpè tenearis restituere prædictum, v. g. quia pro illo non est elapsum tempus præscriptionis debitum; non autem omnes fructus etiam extantes, vel in quo inde ditior factus es, sed solum illos, pro quibus triennium præscriptionis nondum elapsum est. v. g. possedisti bona fidei tenus prædium per sexennium, idque tibi evincitur; restitue ergo prædium, & fructus infra triennium proximum nondum elapsum perceptos extantes; vel si consumpti sint, quantum ex his ditior factus es, prætereaque nihil.

Postquam certò intellexit rem esse alienam.

QUamdiu enim possessor bonæ fidei certò cre- 90
dit, vel saltem probabiliter sibi persuadet, rem
esse suam, vel ad se jure pertinere, ipsa ea bona fides,
& probabilis ignorantia eum à restitutione excusat,
ac primo tempore legitimo præscriptionis capa-
cem reddit. At postquam certò scit, rem esse alie-
nam, per rationes omninò convincentes, nisi eam,
quamprimum commodè potest, statim restituat,
aut restituere proponat, eo ipso incipit esse posses-
sor malæ fidei. & injustus detentor (ut jam supra
indicatum) & deinceps ut talis restituere tenebitur.
At quid si possessor bonæ fidei incipiat dubitare,
sitne res sua, vel aliena? Conformiter ad dicta alibi
de conscientia dubia breviter sic resolvendum.

I. Si quidem possessor bonæ fidei incipiat dubi- 91
tare solum per leves rationes, vel conjecturas, non
tenetur examinare veritatem, sed tutò pergit possi-
dere, usurpare &c. quia nemo tenetur inquisitionem
contra se ipsum instituere ex levibus rationibus: si-
cut enim ipse Superior non tenetur, & fortè non
potest, ex levibus conjecturis moveri ad inquiren-
dum contra te; sic multò minùs nec tu contra te
ipsum. Perge ergo in possessione tua.

II. Quòd si verò incipiat dubitare ob graves, 92
& probabiles rationes occurrentes, omninò tene-
bitur inquirere, & examinare veritatem, adhibitâ
diligentiâ humanâ morali ordinariâ (ad extraordi-
nariam enim vi legis nemo ordinariè obligatur)

eaque majori, vel minori, prout res possessa, in altero
 ens esse dubia, majoris, vel minoris momenti fuerit, quidem
Omnes. Ratio: Quia quando rationes grauestante
 & probabiles contra te apparent, prudenter timere
 debes, ne tua possessio vincatur a certitudine, quae est de
 traria, forte inquirenti apparitura, & alioquin, si
 orto tali dubio, omittas inquirere veritatem, si
 rem pro tua detinere pergis, eo ipso peccas contra
 justitiam, exponens te periculo iniustitiae detinenda
 rem alienam: adeoque iniuste alterum verum proprie-
 tatem privas spe recuperandi rem suam, quam tu
 haberet, si tu facta inquisitione, agnosceres rem
 ipsius. Denique eo ipso incipis esse possessor
 lae fidei, atque ut talis deinceps domino posside-
 comparituro restituere teneberis, omnium consensu
 93 III. Facta ejusmodi morali inquisitione veritatis,
 possessor tenetur interea rem conservare, non
 consumendo, vel alienando, quamdiu spes est
 tingendi veritatem, iudicio prudentis: & si quidem
 veritatem non attingere possit, sed dubium
 perseveret, jam licite, & iuste rem retinebit
 quam suam, juxta notissimas, & receptissimas
 gulas utriusque Juris. *In dubio, seu in pari causa
 melior est conditio possidentis.* Regula 170. ff. de
Regulis Juris. & Regula 65. in 6. & Ratio
 Quia possessio bona fide coepta praevalet contra
 nes rationes probabiles non convincentes: neque
 talis ullam committit iniustitiam: iniustitia enim
 necessario importat inaequalitatem juris inter
 tramque partem: atqui in dubio illo possessor
 Genus bonae fidei nullam constituit inaequalitatem

in altera parte : nam quoad proprietatem rei dubia
 quidem, ipse habet æquale jus cum altera parte,
 stante tali dubio : quoad possessionem verò ipse ha-
 bet majus jus, quam altera pars : ipse enim certus
 est de jure suo possidente, quippe bona fide incho-
 ato, & idèò dicitur ejus potior vel melior condi-
 tio, seu causa : ergo manendo in suo jure possessio-
 nis, remque detinendo, nullam committit inæqua-
 litatem, vel injustitiam, quousque de vera rei pro-
 prietate constare possit. Ita communissima Theo-
 logorum, & Juristarum. *Mol.* aliisque congestis
Sanch. lib. 1. Moral. c. 10. n. 9. Laym. lib. 1. tract.
1. c. 5. §. 3. n. 21. Lug. disp. 17. Sect. 4. Qui rectè
 addunt, etiamsi bonæ fidei possessor probabiliùs ju-
 dicet speculativè, rem ad alterum pertinere, quam-
 diu moralem certitudinem non habet, ad nullam
 obligari restitutionem : non enim tenetur aliquis se
 ipsum jure possessionis suæ spoliare ante omnem
 Judicis sententiam, nisi constet rem ad alterum per-
 tinere : cum, ut dictum est, possessio certa præva-
 leat rationibus in oppositum non convincentibus,
 sed solum quantumvis probabilibus. Consentit
 etiam *D. Augustinus lib. de Fide, & operibus c. 7.*
 dicens : *Bonæ fidei possessor rectissime dicitur, quam-*
diu se possidere ignorat alienum. Quamdiu autem
 moraliter non constat veritas, rectè dicitur, quòd
 possessor ignoret se possidere alienum. Licet portò
 possessor tunc retinendo rem, ageret cum consci-
 entia dubia speculativè, non se resolvendo scilicet,
 sitne res reverà sua, neq; ne ; non tamen agit cum
 conscientia dubia practicè : quia stante, & non ob-
 stan-

stante illo dubio speculativo, an res sit sua, nec
aliunde ex alio principio, quòd nimirum in
dubio melior sit conditio possidentis, practi-
cè resolvit iudicio moraliter certo, licere sibi
nunciatè rem, ut suã retinere & usurpare.

94 Sequitur, quòd, si quis alius talem rem du-
ab altero bona fide possessam æquè dubitet, vel
probabiliter putet esse suam; injuriam isti inferat,
vito auferat, & ablatam restituere teneatur.
nimirum melior conditio possidentis bona fide
alter licet habeat jus aliquod proprietatis ad
rem, nullum tamen habet jus possessionis: ideo
injustè spoliat illum possessione sua. Attamen
casu, utròque dubitante, & probabiliter puta-
rem esse suam, dividendam esse rem pro ratã
fanè probabilissimè, & tutissimè docent Lugo
*1. de just. disp. 18. Sect. 1. n. 4. Tamc. lib. 1. res in
conscientia c. 3. §. 7. verbo. Restitutio. n. 6.*

95 IV. Ulterius talis non solum licitè retinet
dubiam, sed etiam licitè usurpat, consumit, alie
Est communior DD. apud *eitt. Molinam. Sa-
Laym. Lugo, & alios passim.* Ratio est: Quia
casu tanquam possessori bonæ fidei, & domi-
præsumpto conceditur justa possessio rei, donec
minus appareat intra tempus præsumptionis: al-
frustra concederetur justa possessio, nisi conce-
retur ei simul usus, & alienatio; præsertim
nulla sit ratio cogens ad perpetuò servandam
penes se, & abstinendum ab ejus usu; & multat-
res, quæ ipso non usu absumuntur, vel corrumpuntur:
puntur: ergo ille licitè talem rem usurpat, con-

mit, alienat, donec compareat dominus. Et si do-
minus rei compareat, tenebitur ei solum restituere,
ut possessor bonæ fidei, scilicet ipsam rem extantem,
vel si absumpta sit, quantum inde factus est ditior,
v. g. Si dono acceptum vendidit, vel emptum vi-
liori, vel cariori pretio vendidit &c. tenebitur resti-
tuere pretium, vel excessum pretii, ut jam supra in-
ferat, dicatum est.

§. Advertendum autem: si possessor rem ita
dubiam alteri vendat, tenetur ex iustitia emptorem
monere de illo dubio, se nimirum omninò certum
non esse, rem esse suam, vel alienam, adeoque sub-
esse periculum evictionis. Quia generaliter ven-
ditor debet aperire emptori vitium mercis, ratione
cujus minùs valeat; & emptor vel non emeret,
vel non tanti emeret, si sciret: atqui in proposito
res incerta, num sit aliena, vel furtiva, habet ma-
gnum vitium, ratione cuius meritò multò minùs
valeat, quàm res certa venditoris, & ratione cuius
emptor magnum posset damnum incurrere, si res à
domino comparente evincatur; ideoque ille vel
non emeret, vel non tanti emeret: ergo ex iustitia
tenetur hoc ei aperire: alioquin exponeret empto-
rem periculo damni, quod ei tenebitur compensa-
re, si res à domino comparente evinceretur: prout
latius docetur *in materia de contractibus, ubi de
emptione.*

Ex dictis sequitur, eum, qui etiam benè intelli-
git rem talem dubiam ab alio sic bona fide posside-
ri, licitè posse eam emere. eadem ratione, qua ille
licitè potest eam vendere, vel absumere.

§. III.

*Ipsam rem adhuc extantem in toto, et
in parte.*

- 8 **R**atio cum exceptionibus generatim jam in
Affertione. 2. §. 2. dicta est: Quia res
cunque est, sui domini est; unde dominus ubi
que eam invenerit, potest eam sibi vindicare,
obstante quantacunque bona fide alterius. Nihil
ergo tenetur restituere possessor bonæ fidei, si res
fide ita tota absumpta sit, ut nihil omnino re
neat, in quo ipse factus est ditior; quomodo
que etiam cum gravi sua culpa absumpserit, per
derit, destruxerit, prodegerit, v. g. ludo immo
luxu, dummodo durante bona fide. Ita con
Navar. & Sotum communissima DD. cum Ma
na disp. 720. n. 5. Ratio est: Quia, cum
culpa contra justitiam fuerit absumpta, non est
put. unde oritur obligatio restitutionis. Etenim
nulla culpa etiam gravissima obligat ad restituti
nem nisi sit contra justitiã, ut constat ex dictis in
sertione 2. §. 2. Sed bonæ fidei possessor per igno
rantiam inculpabilem credens rem esse suam, et
quomodocunque absumendo, non peccat contra
justitiam, nec formaliter ulli infert injuriam, sed
non ut alienam, sed ut suam absomit, esto peccat
contra aliam virtutem, castitatem, temperantiam
&c. ergo non tenetur ad restitutionem; quippe
ratione injustæ acceptionis, ut supponitur: nec
tione rei acceptæ, cum illa amplius non extet
ex illa in aliquo ditior factus supponatur.

Quod si tamen quis nondum omninò certus 99
rem esse suam, v. g. inventam pecuniam domino
carere, vel pro derelicta haberi, adeoque adhuc ob-
ligatus veritatem inquirere, rem culpabiliter amit-
tat, distinguendum est: Si enim rem tunc positi-
vè destruat, absumat, alienet, peccat contra iusti-
tiam, injustum damnum domino inferendo, & po-
steà comparenti domino resarciendum. Si verò
solum negativè negligat, amittat, & perire, vel ab
alio auferri sinat, peccat solum contra charitatem,
non iustitiam, nec consequenter restituere tenebi-
bitur. *Ratio hujus est:* Quia nemo censetur cau-
sa damni alieni, non impediendo, cum possit, nisi
illud impedire ex iustitia obligatus sit, ut infra vi-
debitur: atqui inventor in hoc casu non obligatur
ex iustitia ad illam rem custodiendam, quippe ne-
que ex pacto, neque ex delicto, ut supponimus: er-
go &c.

§. IV.

Aut quantum inde ditior factus est.

Quando nimirum res aliena à possessore bonæ 100
fidei non ita in totum absorpta est, quin re-
maneat aliquid, in quo is factus sit locupletior,
quamprimum is advertit illud sibi per se provenisse
ex re aliena (non autem per accidens ex sola sua in-
dustria, uti est lucrum ex pecunia aliena) debet id
restituere domino agnito illius rei absorptæ. *Om-
nes.* Habetur expressè *L. Item veniunt. §. Prae-
ter hac. ff. de petitione hereditatis.* Ubi dicitur:
Eos autem, qui iustas causas habuissent, quare bona
ad

ad se pertinere existimassent, usque eò duntaxat
quò locupletiores ex ea re facti essent, condemnantur
Scilicet ad restitutionem. Ubi Glossa ait: *Hæc
esse optimam regulam, quâ nulla verior in iure
bonæ fidei possessor ad id tantum, quod ad se per-
nerit, teneatur.* Ratio patet ex dictis: Quia id
quis ex re aliena ditior factus est (detractâ suâ in-
dustria) est effectus, & quasi fructus rei alienæ.
succedit in patrimonio ipsi rei alienæ: quia ut
dicitur *L. 72. ff. De Legatis.* *Non absumitur, quia
in corpore patrimonii retinetur:* ergo sicut reus
vel partem rei ipsius alienæ, si extaret, deberet restituere,
ita & illud loco rei absumptæ teneberis restituere.
Adde, non esse æquum quempiam divitiis locupletari
ex alieno. Jam res difficilis gnauiter explicanda.

101 Cognoscitur autem aliquis ex re aliena ditior
factus esse, si ab instanti, quo cognoscens rem
possessam esse alienam, præter rem alienam, in-
veniat inter bona sua aliquid plus, quam habiturus fuisset,
si illa re aliena caruisset: ut si ex domo aliena locata
locata pretium accepit, aut si ipse inhabitans, quin
pretium dare debuisset &c. tunc enim ille locupletatus
cessu censetur ex alieno ditior factus, illudque
cum re aliena restituere tenebitur (nisi effectus
sit solius industriæ) Similiter ex aliena absumpta
dicetur quis fieri locupletior, si occasione illius
rei consumptæ suum patrimonium in aliquo alio
factum, vel aliquid lucratus est, quod alioquin
haberet, illud autem quantum fuerit, aut ejus rei
rem tenebitur loco rei alienæ bonæ fide absumptæ
domino comparenti restituere. Quòd si verò

casione illius rei alienæ patrimonium suum in nullo auctum est, non dicitur inde factus locupletior; & re ipsâ bona fide absumpta, nihil tenebitur restituere, ut jam dictum est. Exempla, & casus ad duo capita, & velut Regulas reduci possunt, quoad alienationem, & quoad absumptionem.

REGULA PRIOR.

Quoad alienationem.

QUI rem alienam bona fide alienavit, eadem ratione sicut accepit, & aliàs nihil expensurus, nihil debet restituere; cum in nullo sit ditior factus: Secus, si alienavit diversa ratione lucrativa, tunc enim lucrum acceptum, quippè quo ditior factus est, restituere tenebitur. *Hinc resolves*

I. Qui rem alienam, etiam furtivam, bona fide dono accepit, rursusque bona fide donavit alteri; aut eidem donatori in gratitudinem retrò donavit aliud æquivalens, alioquin nihil donaturus de proprio, nihil restituere tenetur; Quia in nullo factus est ditior. At verò, si alioquin aliud æquale, vel minùs donaturus fuisset amico v. g. quod, re alienâ datâ, sibi reservavit, jam illud æquale, vel minùs restituere tenebitur domino comparenti, quia illo factus est ditior. At, quid si donaturus fuisses aliquid majus v. g. centum aureos in tritico, sed quia dedisti quinquaginta alienos in auro furtivo, totum triticum tibi reservasti? R. Veritate cognita solùm quinquaginta debebis restituere domino: iis enim solis ratione alienæ pecuniæ donatæ, tibi reservatis, per se factus es ditior: alios verò quinquaginta re-

fervâsti solum per accidens ratione alienæ pecu
ideoque tui sunt, non alieni.

104 II. Qui rem alienam dono accepit, & bona
vendit, tenetur domino comparenti totum pretium
restituere, quia eò factus est ditior. Quòd si
interea dominus rem suam recuperavit ab ipso
ptore (prout potest jure evictionis, eum res
per sit sua) certum est, te debere ipsi emptori
totum pretium suum redere, ne tu ex re aliena
damno proximi fias ditior. At nunquid tenetur
etiam domino semper totum pretium restituere
an sufficiet restituere partem, vel aliquantò
n. cum distinctione. Siquidem rem alienam
acceptam bona fide vendidisti communi, medio
infimo pretio justo, totum hoc certè restituere
deb; quia hoc succedit locò rei domino debita
verò si vendidisti pretio summo vel majori
ordinario, siquidem excessus illius pretii sit ex
industria, labore &c. (ut mox iterum in casu
quenti) excessum totum tibi reservare poteris
quam fructum solius industriæ tuæ.

105 Secus est: si excessus ille pretii proveniat
parte illius rei alienæ, vel alia circumstantia
equus alienus tibi donatus interea crevit, aut
supervenit penuria equorum &c. tunc enim
bis totum pretium, quantumcunque fuerit, restituere
debet, quia eò totò, ex re aliena factus es ditior.
res semper est domini, & domino suo valet, quod
valet. Excipit probabiliter Molina *traët. 4. c. 7. n. 10.* Nisi dominus minori, v. g. medio
pretio facile possit sibi æqualem rem emere v. g. equo

æquè bonum : tunc te satisfacere reddendo pretium medium , excessumque posse tibi reservare : *Ratio est* : Quia sufficit domino reddi ad æqualitatem : reddis autem ad æqualitatem, si reddas tantum pretium, quo possit sibi æqualem rem emere : ergò excessus pretii tuus est. sicut , si dominus ipsam rem suam recuperasset ab emptore tuo , certè illum excessum pretii non teneris ipsi restituere, cum recepta re sua , jam sit ei satisfactum, sed potiùs emptori : ergo nec in proposito teneberis ei reddere excessum illum , còm etiam sic sit ei satisfactum ad æqualitatem. Non possum negare probabilitatem, sed de veritate dubito ; cùm sic ditescas ex reverissimè aliena, ideóque à communi sententia non puto recedendum.

III. Qui rem alienam bona fide emptam rursùs ¹⁰⁶ bona fide vendidit eodem pretio, nihil restituit ipsi domino rei : quia in nullo fit ditior. Secùs, si in eodem loco, statim majori pretio vendidit, tunc incrementum pretii ex re aliena per se consecutum domino rei restituere teneberis : quia ex re aliena factus es locupletior : nisi placeat iterum exceptio *Molina* supra posita. Quòd si verò rem illam non in eodem loco vendidisti, sed in alio loco distantì, aut post longum tempus asservatam non sine notabili industria, labore, expensis &c, rursùs nihil restitues de excessu, quia tunc augmentum pretii, quo ditior fis , non est fructus rei, sed industriæ tuæ.

Dixi tamen iterù te nihil debere restituere domi- ¹⁰⁷ no rei. Nam si dominus ipse rem suam apud emptorem evincat, ac sibi recuperet , sicque emptor

privetur re à te sibi venditâ, teneberis ipsi restituere suum pretium, etiam si jam absumpseris, perditur &c. ut contra *Navarrum* habet commentum *DD. in materia de contractu emptionis*. Ratio est, quod jus restitutionis non sumitur ex radice iniustitiae receptionis, neque ex ratione rei acceptæ, sed ex ratione contractûs, quo tu rem alteri vendidisti, necesse est, ut per contractum venditionis implicitè semper includatur obligatio, quod venditor indemnè servare debeat emptorem quoad rem venditam, & præstare, quod res sit vendibilis, isque dominum rei possit transferre in emptorem rem; ergo sicut si bona fide vendidisti vitrum rarum pro gemma pretiosa, cognito errore, potest rescindere contractum, & restituere pretium emptori indemnem servare emptorem; ita si quantumvis bona fide rem alienam, seu furtivam, adeoque vendibilem, mercem omnium maximè in jure vendibilem, alteri vendidisti, ut eum postea evictum servare indemnem, ex vi venditionis à te factæ obligatus es restituere pretium. Et licet vicissim tu obligatus sis contra venditorem priorem, à quo rem illam alienasti, v. g. equum furtivum emisti, ut possis ab eo etiam tuum pretium repetere, non potes tamen eundem remittere tuum emptorem, eique actionem adversus illum actionem cedere (ut voluit *Navarrus* cum tuus venditor cum tuo emptore nullum fecerit contractum, sed tecum tantum: ideoque tu tantum personaliter manes emptori tuo obligatus de evictione, & indemnitate servanda.

108 IV. Quartus modus esset, si rem alienam

fide emptam alteri donasti. Sed eo casu te ad nihil teneri, cœci vident.

REGULA ALTERA.

Quoad consumptionem.

Qui rem alienam titulo gratuito acquisitam bona fide consumpsit ad usus ordinarios, quos alias ex propriis expensis facere debuisset, tenetur restituere pro quantitate expensarum, quas ipse fecisset: quia tunc parcendo propriis expensis, factus est locupletior. Secus si consumpsit ad usum aliquem extraordinarium, quem aliàs ex propriis bonis suis non fecisset, si rem, vel pecuniam illam alienam non habuisset: utpotè ad extraordinarium convivium, donationem, eleemosynam &c. tunc enim in nullo factus est locupletior.

Præter exempla, & casus obvios, pono aliquot particulares.

I. Qui invitatus ad cœnam furtivam, cibaria, & vina pretiosa bona fide absumpsit, re postea intellecta, tenetur domino solvere indefectum furis, non integram æstimationem convivii, vel cœnæ bona fide à se absumptæ, sed solum tantum, quantum domi in cœnam propriam insumpsisset: eo enim solo, occasione furtivæ cœnæ in proprio patrimonio reservato, factus est ditior. Navarrus c. 17. Manual n. 9. Molin. disp. 719. Sanch. cit. c. 23. n. 34. Laym. lib. 3. tr. 2. c. 3. n. 1. At, quid si talis domi plus consumpsisset, quàm consumpsit in cœna aliena furtiva? Non tenebitur plus restituere, quàm defacto consumpsit: Quia illud so-

lùm ex iustitia restituendum est, quo quis ita factus
est ditior, ut dominus rei fiat pauperior: in pro-
posito autem per te solùm tantò dominus rei factus
est pauperior quantum tu defactò absumpsisses: ergo.

[111] Scio Cardinalem de Lugo *disp. 17. sect. 1.*

II. hunc talem convivam omninò liberare à
stitutione (quemadmodum & alibi à peccato
prietatis liberat Religiosum, qui sine licentia Su-
rioris invitatus ad convivium comedit, & bibit
tiosa) eò quòd talis comedat, & bibat tanquam
minister, & velut instrumentum invitantis, sine
cibos, ejus invitatu, sine culpa destruat, & non
quam suos acceptet: sicut, si jussu Petri, quem
minum putas, gemmam alienam proijceres in
cum &c. Subtilis speculatio,

[112] Verùm practicè, nec mihi, nec aliis placere
test: Nam practicè invitatus non utitur specu-
tionibus, nec intendit comedere, & bibere ut
rum instrumentum invitantis, sed more homi-
cibum, & potum acceptat, comedit, & bibit
deoque moraliter verè accipit, consequenter
bitur ad restitutionem ex re accepta. Non sic
gemma prædicta; non enim acceptas gemmam
pro te, nec ut tuam proijcis, certè stultus es
sed merè ut alienam, cùmque sic bona fide destruat
ut merum alterius domini putati instrumentum
meritò à restitutione liberaris.

[113] II. Qui vestem holosericam valentem aureo-
ginti à fure dono acceptam bona fide attrivit, vel
ad dimidium valorem v. g. decem aureos, per-

domino comparenti tenetur restituere ipsam vestem attritam, & pretium usûs, non totius attritionis, utpotè decem aureos, sed quantum aliàs veste propria consumpsisset, nisi veste illa aliena usus fuisset. v. g. tres, vel quatuor aureos: in hoc enim solo factus est locupletior. Quòd si verò talem non dono accepit, sed pretio emit, præter vestem ipsam attritam nihil omninò restituit, quia in nullo factus est ditior.

III. Eadem ratione milites, qui in bello injusto¹¹⁴ bona fide militantes, prædas egerunt, damna intulerunt, postea intellectâ injustitiâ belli, non tenentur restituere pro rapinis, & damnis illatis, nisi quatenus inde se locupletiores factos esse agnoscunt. *Ue contr. Sylv. doces communis DD. Sanch. Laym. Lugo cit.* Similiter, qui bona fide, seu per ignorantiam inculpabilem contractum celebravit, quem postea usurarium esse intelligit, non tenebitur plus restituere, quàm se ditiozem factum, & patrimonium suum auctum esse animadvertit, qui enim bona fide egit, non tenetur ex injusta acceptance, sed solum ex re accepta, quantum scilicet superest in re, vel emolumento percepto.

IV. Insuper etiamsi quis rem bona fide acceptam, & detentam, postea intelligat esse alienam, seu injustè materialiter acquisitam, sed per ignorantiam inculpabilem non advertens obligationem restituendi, ideò rem consumit, (casus frequens inter simplices) simpliciter non amplius restituere tenebitur, quàm exinde patrimonium suum auctum reperit, ut ex communi notat *Laym. cit. in fine*

Denique quocumque eventu bona fide rem alienam vel absumens, si dubius sit, an ex re aliena factus sit ditior, nec ne, ad nihil obligatur: Quia tunc melior conditio est possidentis, *juxta dicta. §. 1.*

§. V.

Etiam fructus rei extantes naturales, & mixtos,

116 **R**atio generalis dicta est *Affertione 2.* Quia nimirum fructus sunt partus, & quasi partes, nam propterea dicitur, quod res, ubicumque domino fructificet: tota autem res domino cedat; ergo & fructus. Ex alia autem parte æquum est, ut expensæ, labor, & industria in iis faciendis, adhibita bona fide, cedant in utilitatē ea præstanti, quemadmodum generatim dictum, & probatum est.

117 Dico autem, *Fructus extantes tantum*: Quia si ergo bona fide durante absumpsisti, vel quocumque modo perdidisti, ad nihil teneberis ratione sumptionis, nisi similiter quantum inde factus sit ditior, *juxta modos prædictos*, ut contra Jurisconsultos aliquos, & Glossas Juris docet communis Theologorum sententia. *Angelus, Sylv. Rodriguez, Valentia*, aliis que citatis Molina *cit. de 719. Lessius lib. 2. c. 14. dub. 2. Laym. cit. 3.* Ratio est: Quia in foro conscientię saltem eadem omninò est ratio, sive quis ditior fiat ex ipsa re aliena, sive ex fructibus alienis: nimirum: Quia locupletari non debet aliquis cum alterius jactura, *Regula 48. in 6.* Et naturaliter æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiores ergo

si ditior ex re aliena tenetur restituere emolumentum, cur non similiter restituere teneatur ditior factus ex fructibus alienis, cum & ipsi aliqua res sint, & maximè etiam augere possint patrimonium possessoris cum jactura, & detrimento veri domini. Idque etiam pro foro externo jure civili, optimè ostendunt *Molin. Lessius, Laym. ll. cc.*

§. VI.

Detractis tamen expensis, & aestimatione laboris, ac industrie.

Remissivè. De hoc simul, & de differentiis quibusdam inter possessorem bonæ, & malæ fidei, quoad hanc detractionem sufficienter diximus *Assertione 2. §. 8. per totum.* Nec aliquid speciale addendum occurrit.

§. VII.

Idque ipsi domino rei, etiam non repetenti, per se loquendo.

Possessor bonæ fidei, postquam intellexerit rem esse alienam, dominumque rescivit, tenetur eam restituere ipsi domino, sive repetenti, sive non repetenti ob ignorantiam, vel aliam causam, quæ non denotet implicitam remissionem. *Omnes.* Ratio clara est: scis enim rem esse alienam, & cujus sit; ergo jam urget te præceptum restitutionis. Et quidem teneris restituere domino, etiam nullo persoluto pretio, quod pro ea re aliena emenda dedisti: cum res ipsius antea sit, ideoque non de novo à te emenda: & tuo infortunio imputare debes, quòd res aliena apud te inveniatur, & pretium datum a-

mittere debeas. Excipiunt omnes casum, quis modico pretio emisset rem alienam eo ipso nimo, ut reddat eam domino comparituro, qui videt alias rem suam non, aut vix recuperaturum tunc enim emptor censetur utiliter gessisse negotium domini, qui proinde in utroque foro cogitur illud modicum pretium pro re sua expensum emptori solvere: ut plurimis citt. docet Molina 721. n. 2. Lugo, & alii cit.

119 Sed quaestio difficilis, & controversa est, ut possessor bonæ fidei semper teneatur restituere ipsi domino, ut non possit restituere illi, à quo cepit, ad recuperandum pretium suum, & sedem servandam?

Conveniunt omnes 1. Quando possessor bonæ fidei rem alienam habuit titulo gratuito, seu pretio, re cognita, semper tenebitur restituere domino, & non furi v. g. tenetur enim tunc accepta restituere utique illi, cuius est: atqui est fur domini, & non furis: ergo illi restituenda est non furi, nisi moraliter certò scires ipsum fuisse poenitentem restitutum; tunc enim restituere furi, adhuc restituere *mediata* domino vero, si per famulum, vel amicum fidelem reddendam teneberis. 2. Quòd si possessor bonæ fidei rem accepit titulo oneroso pro pretio, isque pretium datum facile recuperare possit privata petitione, & certa compensatione, imploratâ iudicis sententiâ. Iterum certum est, rem *immediatè* restituendam domino vero comparenti, & non licere, rescisso tractu, reddere rem furi. Quia eo casu nulla

justa excusatio, cur domino non restituas. Et insuper palàm injustum est, reddere te indemnem cum damno proximi, cum tamen tibi aliter facilè prospicere possis, ut hic supponimus. 3. Quòd si econtra possessor bonæ fidei pretium suum à fure non facilè, vel omninò non recuperaturus esset: è contra vero domino rei nullum periculum imminet recuperandi rem suam, omnes concedunt, licitè posse, rescisso contractu, reddere rem furi ad recuperandum pretium tuum. Quia eo casu dominus esset irrationabiliter invitus, quòd absque suo damno, & periculo, tu, quod tuum est, recuperares. 4. Quando denique & possessori bonæ fidei imminet certum periculum amittendi pretium suum, si rem restituat ipsi vero domino; & è contra vero domino instet periculum amittendi rem suam, si alter, rescisso contractu, reddat rem furi.

Jam res controversa est inter Doctores. Com-¹²⁰munior Sententia DD. est, rem ipsi domino adhuc restituendam esse, nec posse reddi furi, seu alteri possessori malæ fidei. Sic *Cajetanus, Major, Medina, Sotus, Armilla, Ledesma, Tabeina*, aliisque plurimis citt. *Molina disp. 722. Laym. lib. 3. tract. 4. c. 17. §. 3. n. 24.*

Ratio multiplex est, & satis bona. *Prima*: Dominus rationabiliter est invitus, quòd rem suam non sibi, sed furi restituat cum suo periculo, & damno; ergo emptor facit ipsi injuriam, & insuper dat furi occasionem rem alienam ulterius detinendi.

Secunda: Si dominus rei præsens rem repetat, tenetur ei immediatè dare: insuper si te possessorem

rem

rem coram Iudice conveniat, Iudex potest, & debet te per legitimam sententiam compellere, rem immediatè restituas domino vero. atque hoc, quòd non petat ob ignorantiam facti, non mittit jus suum ad suam rem; ergo etiam si non sit, ei sua res immediatè restituenda est. *Tertius* fur amplius non compareat, vel mortuus sit, & que tenebitur emptor bonæ fidei rem domino immediatè restituere, etiam cum jactura pretii nec potest eam alteri vendere ad recuperandum pretium, secundum omnes: ergo etiam tenebitur, quando fur adest, vel haberi potest. *Quartus* Rem alienam in statu meliori repertam in pejorem statum reducens, facit injuriam domino, cum melior status rei pertineat ad utilitatem domini: res furtiva apud possessorem bonæ fidei est in meliori statu, quàm in manu furis, ideòque ille sciens reddens furi rem è statu meliori deducit in pejorem: ergo facit injuriam domino rei. Denique non potest debitor rem, gladium v. g. restituere etiam vero domino, si sciat dominum illo abusurum, vel ad injustè occidendum: ergo minùs in proprio emptor poterit rem furi restituere: quia certò non illum abusurum, non reddendo rem domino, rursus detinendo, alienando &c. Sed his non obstantibus, constanter dicimus:

§. VIII.

*Probabile est, rem furtivam posse reddere furi ad pretium recuperandum, seque indem-
nem servandum.*

ITa plurimi æquè graves Doctores: Nav. c. 17. ¹²¹
In. 9. Angelus, Sylvester, Sayrus P. Navar. Vas-
quez, Turrian. Dicastillus, aliisque plurimis cit.
Lessius lib. 2. c. 14. dub. 3. Lugo tom 1. de justit.
disp. 17. sect. 2. Diana p. 1. de Contractibus resol.
69. Tamb. lib. 8 tract. 3. c. 3. §. 2. Et probabilem
censet ipse Laym. loco cit. vers. Dico 3. Ratio ef-
ficax sumitur ab exemplis.

1. Si quis in platea inventam pecuniam tollens, ¹²²
postea adverteret eam sibi fore damnosam, si refer-
ret, utique poterit eam licitè reponere in eodè loco,
quo invenit, nec tenetur eam cum suo periculo re-
servare, ut domino reddatur; esto interim ab al-
io auferatur, domino nunquam reddenda, 2. Quin-
imò, si quis equum furtivum è stabulo furis ani-
mo furandi extractum, postea tamen adverteret
eum sibi damnosum, potest eum dimittere etiam
directè ad furem reversurum, & fortè domino nun-
quam restituendum. 3. Si auferam à fure librum
vel vestem Petri, ut eam Petro reddam, fur autem à
me auferat pallium, vel aliquid aliud æquivalens,
nec velit mihi reddere, nisi reddam ipsi librum,
vel vestem, possum ipsi relinquere librum, ut me-
um pallium v. g. recipiam. 4. Si hominem manibus
elatum ex incendio, vel fluvio velim eripere, alius
autem mihi necem intendat, nisi dimittam, pos-
sum

sum ipsum dimittere, etsi certò moriturum: tra
 similiter in proposito, possessor bonæ fidei qui
 rem furtivam reddere, & relinquere furi, aliter
 lenti mihi pretium meum restituere, neq; teneor
 tanto meo incommodo rem reddere immediate domi- 37.

Ratio autem omnium à priori est: Quia ne
 iustitia obligat me, ut cum æquali, vel majori
 incommodo promoveam bonum, & evitem
 num proximi, sed tunc sufficit, ut reponam, &
 linquam rem proximi in eodem statu, in quo
 erat, prout fit in casibus allegatis. Sicque etiam
 nostro casu, restituens rem alienam furi, ut me
 pretium recuperem, aliàs certè amittendum,
 linquo rem proximo in eodem statu, in quo
 ante, quando eam accepi; ergo licitè, & iuste
 reddo, nec teneor immediate restituere domi-
 cum, ut minimùm, æquali meo damno: nam
 posset contingere, ut ultra damnum pretii
 tendi, deberem subire aliud grave periculum
 nis furti mihi intentandæ, si sufficienter non po-
 probare, me rem ab alio emisse: Quæ autem
 iustitiæ me obligat, ut (saltem secluso delicto,
 contractu) duplex periculum, & damnum sub-
 ad tollendum simplex periculum, & damnum
 rius? Ratio, & probabilitas nostræ sententiæ
 us patebit ex solutione rationum sententiæ opposi-
 123 §. Insuper idipsum etiam licere possessori
 fidei: ut si etiam mala fide sciens rem furtivam
 misti à fure, & pretium aliâ viâ recuperare ne-
 as, adhuc licitè te posse reddere furi, ut is tibi
 pretium reddat, nec teneri restituere domino (bis

tra plures quidem, ac ipsum *Lessium cit. dub. 3.* qui tamen probabile censet) docent gravissimi Doctores *Sylv. Angelus, Alensis, Gabriel*, aliique plures, quos citant, & sequuntur *Lugo cit. Sect. 2. n. 37. Diana p. 3. tract. 14. resolut. 87.* Ratio est: Quia etiam possessor malæ fidei non tenetur immediatè restituere verò domino ratione rei acceptæ, eâdem omninò ratione, sicut nec possessor bonæ fidei: nec ratione injustæ acceptionis, quia sua acceptione, postquam iterum reddidit furi, non facit, quod res domini sit in deteriori statu, quàm antea fuerit, sed relinquit in suo pristino statu: neque tenetur statuere in statu meliori cum gravi suo incommodo: ergo.

Tandem nec bonæ, nec malæ fidei emptor red-¹²⁴dens rem furi non restitutorio suo domino, censeri debet cooperari cum malitia furis, sed solùm permissivè se habere: Quia suum damnum utrumque sufficienter excusat à cooperatione.

Utroque tamen casu monent Doctores hujus¹²⁵ Sententiæ possessorem seu bonæ, seu malæ fidei non debere diu rem detinere cum gravi damno domini (alioquin certum est, eos teneri compensare damnum consecutum) sed debere eos, quamprimùm moraliter poterunt, rescisso contractu, rem furi reddere, ut is, si velit, quamprimùm restituere possit: si nolit, ipsius malitiæ præcisè deinceps imputabitur. Jam breviter respondeamus ad rationes oppositæ sententiæ.

Ad primum negatur anteced. ob rationem à no-¹²⁶bis datâ, nimirum dominum tunc non esse rationaliter

biliter invitū. Quia sicut ipse dominus ex lege
 ritatis potius suo, quàm meo commodo prosp
 re potest: ita non debet esse rationabiliter invit
 quod ego potius prospiciam meo, quàm suo
 modo, nec rationabiliter exigere potest, ut
 tanto meo damno ipsum servem indemnem, s
 rem ipsi immediatè restituendo.

127 *Ad secundum: Conc. Maj. dist. min.* Dom
 per hoc, quod rem suam non repetat, non am
 jus suum absolutè: *conc. min.* Respectu posses
 bonæ fidei: *nego min.* Quia sicut dominus po
 uti jure suo rem suam semper repetendo: ita
 fessor bonæ fidei potest uti jure suo ad servand
 indemnem, recuperando pretium suum: atque
 hoc interim impeditur jus domini, ut posses
 trò teneatur ei reddere suam rem: sed solùm,
 obstante damno suo, teneatur non resistere,
 impedire dominum rem suam repetentem, vel
 dicantem, maximè per judicem. Undè videt
 sequi bellum ex utraque parte justum per se,
 hic locus non sit defensionis, vel resistantiæ, s
 minus rem suam repetat intra, vel extra judic
 Vide optimè *Lugo cit. à n. 32.*

128 *Ad tertium. Conc. anteced. & nego conseq.*
 si fur non compareat, non restituetur domino
 diatè res sua, consequenter immediatè restitu
 erit domino: at verò si ipsi furi reddatur, restit
 tur domino mediatè res sua, cum ipse fur possit
 teneatur in conscientia rem suam domino restit
 re: quod autem defactò non restituat, non se
 tur ex mea redditione, sed ex ipsius furis mal
 A
 Quia
 si non
 injust
 redde
 mi.
 domi

Ad quartum. Dist: Maj. Qui rem alienam
positive reducit in pejorem statum, quam invenerit,
facit injuriam domino. *Con. Mai.* Qui rem alie-
nam solum negativè relinquit, vel dimittit in eodem
malo statu, quo invenit (idque ob rationabilem
causam, ad servandum scilicet se indemnem ab æ-
quali detrimento, vel periculo) facit injuriam do-
mino. *Nego Maj. & consequentiam.* Hinc enim
rem furtivam emptam possum reddere furi ad re-
cuperandum meum pretium; Quia sic solum nega-
tivè me habens, relinquo rem in eodem statu, quo
erat, quando rem accepi. At certè, omnium con-
sensu, non possum eam destruere, absumere, vel ad
recuperandum pretium alteri vendere: Quia (præ-
terquam, quòd facerem contractum injustum, &
invalidum, vendendo rem alienam, cujus dominium
in alterum transferre non possum) etiam rem posi-
tivè ponerem in novum pejorem statum apud ali-
um possessorem, in quo statu eam rem ego non in-
veneram. Reddere autem furi, non est facere no-
vum contractum injustum, sed est contractum in-
justum rescindere, quæ rescissio injusta non est, cum
non tenear stare contractu cum tanto meo damno
amissionis pretii.

Ad ultimum, negatur consequentia, & paritas. 130

Quia debitor ille supponitur nullum pati damnum;
si non reddat rem abufuro domino. v. g. gladium
injustè occisuro; ideoque merito obligatur non
reddere ob cavendum grave adeò damnum proxi-
mi. Alioquin secùs dicendum esset. Nam si
dominus gladii v. g. te ipsum necaturus esset, nisi

130 *Tract. IV. Pralim. ad Præcepta 2. Tab. Cap.*
gladium reddas occisuro alterū, nunquid reddes?
Utique, gravi damno proprio excusatus. Si
proposito, ego damno gravi proprio, scilicet
sionis pretii, excusari debeo, ne tenear rem reddere
ipsi domino, sicque ejus bonum procurare,
omnibus benè ponderatis apparet Sententia
nò probabilis, quam non semel secutus sum.

SECTIO. IV.

*Quid restituendum ex delicto formalis
tione injusta acceptiois, à possessore male
la, vel etiam dubia fidei?*

SUMMARIUM.

131. *Quid possessor male fidei restituere teneatur?*
133. *Accipiens & retinens rem dubiam animo eam reddere
Domino fortè comparenti, non peccat: &
diligendi inquisitione incipit fieri possessor
fidei, si is non compareat.*
134. *Si verò rem dubiam accipiat animo retinendi, peccat
restituere obligatur ad integrum.*
135. & 136. *Si dubium sit æquale pro utraque parte, peccat
sit, quid & cui restituendum?*
137. *Quando possessor possidet rem diverso tempore parte
na, partim dubia, fide, quid restituendum?*
138. *Usque ad n. 140. resolvuntur duo dubia.*
141. *Possessor male fidei: tenetur restituere ipsam rem
individuo;*
142. *Vel si destructa, aut ita commixta sit cum propria
æquivalenti;*
143. *Cum omni incremento intrinseco, & extrinseco.*
144. *Detractis expensis.*
145. *Incrementum intrinsecum & extrinsecum quid
mento intrinseco, restitutio fieri debet secundum
optimum statum, quem in manu ejus habuit.*

Sect. IV. De restit. ex injusta acceptione. 131

148. Quando verò aucta est augmento seu valore extinsecò tantum, restituendus est pariter valor optimus, quo ipsi Domino valuisset.
149. Usque ad n. 161. Exemplificatur clarissimè variis casibus & exemplis, præsertim de tritico V. g. per tria tempora, quibus valor modò crescit, modò minuitur.
161. Possessor male fidei tenetur restituere totum rei alienæ valorem, quomodocunque ea apud ipsum perierit, etiam mero casu, si ea apud suum Dominum similiter non periisset.
162. Secus, si res similiter casu fortuito, V. g. incendio, apud Dominum periisset.
163. Usque ad n. 166. limitationes.
166. Si res aliena perit dolo, vel culpa possessoris iniqui, tenetur is, non obstante, quòd pariter apud Dominum periisset, eam compensare juxta valorem, quem apud Dominum habuit.
167. Usque ad n. 170. Quid de eo, qui rem alienam destruxit, non prævidens, vel prævidens, aut probabiliter credens, eam quoq; apud Dominum perituram.
170. Qui surripuit rem, apud Dominum etiam certissimo perituram, tenetur tamen restituere.
172. Resolvitur casus militis.
174. Possessor male fidei tenetur insuper restituere non solum fructus adhuc extantes, sed etiam quomodocunque consumptos.
175. Imò non tantum quos percepit, sed etiam quos Dominus verosimiliter percepisset; ac
176. Perceptos, etiamsi Dominus illos, vel tantos non percepisset.
177. Et hæc omnia vera sunt etiam in foro conscientie, si res aliena adhuc apud iniquum possessorem existat, sive jam ad alium translata sit.
178. Usque ad n. 180. Resolvuntur duo dubia.
180. Tenetur denique possessor male fidei etiam compensare omne damnum emergens & lucrum cessans Domino ex iniqua detentione rei sue.
181. Usque ad n. 184. Exempla utriusque.

ASSERTIO IV.

ET REGULA.

131 **R**estitutionis ex injusta acceptione mensura
*quantitas totius damni illati. Hoc est. Possessor mala fidei, qui nimirum sciens vel rationaliter
 dubitans rem esse alienam, possidere capit, tenetur
 restituere in primis ipsam rem alienam ad huc exstantem
 : aut si absorpta sit, vel quomodocunque perierit (nisi casu certo
 etiam peritura apud dominum) eius valorem vel estimationem
 secundum se, & incrementum intrinsecum, & extrinsecum
 damni valiturum. Item omnes eius fructus naturales
 mixtos (detractis tamen, in foro conscientie, tanquam
 expensis, & estimatione industria ac laboris) & omne
 interesse, seu omne inde damnum emergens, & lucrum
 cessans ex iniqua detentione, vel abusu rei sua.* Assertio tota est communissima omnium
 cum S. Thom. 2. 2. q. 16. a. 6. Scoto 4. dist. 1. q. 2. a. 4.
 Molina, Lessio, & alii. Habetur præsertim in Jure
 varis locis, *L. Bona fidei. ff. de acquirendo rerum
 dominio L. Fructus. ff. de rei vindicatione. L. Domum. C. De
 rei vindicatione.* Ratio clara est: Quia voluntariè violans
 iustitiam commutativam tenetur restituere ad medium
 iustitiæ commutativæ, scilicet ad æqualitatem arithmeti-
 cam, ut nimirum tantum reddatur, quantum ablatum
 est, & paes læsa in eundem omninò æqualem statum
 restituatur, in quo fuit, & nunc esset, si nihil omninò
 ablatum esset: atqui ad hoc necessariò requiritur
 restitutio, seu compensatio omnium

prædictorum, & ipsius rei ablatae, vel ejus æftimationis; & omnium ejus fructuum, & incrementorum; & infuper omnis intereffe lucri ceffantis, vel damni emergentis, ut manifefturn eft confideranti: ergo &c. Jam explico particulatim.

§ I.

Poffeffor mala fidei, qui fcienſ, vel rationabiliter dubitans rem eſſe alienam, poffidere capit.

Si fcivit rem eſſe alienam, res clara eſt. At, ſi ¹³² dubitans rem eſſe alienam, adeoque dubiâ fide poffidere capit, v. g. dono, vel empto accipiens à perſona de furtis infami, vel de qua rationabiliter dubitat, an habeat dominium, vel adminiſtrationem rei: aut rem inventam detinens, dubitans, aut nihil inquirens de domino &c. Breviter ſic reſolvendum eſt.

I. Accipiens, & retinens ejusmodi rem dubiam ¹³³ cum animo, & propoſito eam reddendi ſuo domino fortè comparanti, tanquam utiliter negotium ejus geſturus, non peccat: & ſi factâ diligenti inquisitione per tempus ſufficiens, jndicio prudentis, dominus non compareat, incipit fieri poffeffor bonæ fidei, licitè retinens, abſumens, alienam illam rem: & ſi poſtea primùm dominus compareat, non tenetur plus reſtituere, quàm poſſidet, vel ditior factus eſt. Communis DD. Molina tom. 3. tr. 2. diſp. 723. Sanch. lib. 2. de Matr. diſp. 14. q. 2. n. 19. & alii paſſim. Ratio patet; Cum enim talis non peccet, nec ullâ dominum rei injuriâ afficiat

quinpotius magnum ei beneficium exhibere potest
quippè alias rem suam tam facilè non recuperat
ad nihil tenetur ratione injustæ acceptionis, sed
solum tenebitur ratione rei acceptæ, si dominus
pareat ad mensuram possessoris bonæ fidei, qui
tunc scilicet possidet, vel ditior factus est.

134 II. Accipiens, & detinens ejusmodi rem
alienam, animo & proposito eam sibi tetinendi, &
jurpandi &c, peccat contra justitiam, & tenetur
restituere ad integrum, ratione injustæ acceptionis.
Communis DD. apud cit. Ratio patet à fortiori.
Quia si possessor bonæ fidei, seu qui bona fide
possidere incipit, postea oborto dubio, sitne res
sua, vel aliena, nihilominus absque inquisitione veritatis
eam simpliciter retinet, usurpat, absument, & peccat
contra justitiam, & deinceps ut possessor bonæ
fidei in integrum restituere tenetur, ut *Afferunt*
precedenti §. 2. probatum est; multò magis
cum tali dubio possidere inceptit, peccavit contra
justitiam, & simpliciter ut possessor malæ fidei
in integrum restituere tenetur quoad omnia expressè
in *Afferunt*. Qui enim rem alienam accipit, & detinet
tans, utrum accipiendi jus habeat, mala fide peccat
det: & consequenter perseverante eo dubio, peccatio
fessio iniqua nihil ei suffragatur.

135 III. Quòd si verò talis, postea, mutata intentione
sibi rem simpliciter retinendi, & assuetudine
proposito restituendi vero domino comparato
adhibeat moralem diligentiam ad inquirendam veritatem,
& allequi nequeat, sed nihilominus rem
perleveret, tunc tenebitur solum restituere

juxta proportionem dubii remanentis, plus, vel minus: ut si dubium sit æquale pro utraque parte, restituatur dimidium: si probabilius sit, rem esse alienam, restituatur plus, quàm dimidium; si verò minus probabile sit, rem esse alienam, restituatur minus, quàm dimidium. Sed cui? Si dubitetur de aliquo particulari, an res illius sit, illi soli partialis restitutio facienda erit. Si dubitetur de pluribus cuiusnam sit. & veritas sciri nequeat, res restituenda inter illos, ex æquo dividatur. Si verò solum dubitetur absolute, an res sit tua, vel aliena, & nullus in particulari in dubium veniat, tunc pars proportionalis distribuì debet pauperibus, vel ad pios usus applicari pro salute illius, cuius fortè fuit. Ita communior DD. Molina, Sanch. cit. n. 21. Lessius lib. 2. c. 14. duc. 4. Laym. (& approbat Lugo disp. 18. Señ. 1. quando dubitatur circa aliquem, vel aliquos in particulari, an res sit illius, veletorum: non item, quando solum dubitatur in genere, an res sit aliena, tunc enim censet rem à possidente retineri posse) *Ratio est*: Quia talis dubitans ex una parte quidem tenetur restituere ratione injustæ acceptionis; cum enim possessio cæpta si cum dubio re non examinata, non potest ulli suffragari. Ex altera verò parte cum re postea sufficienter examinata, non constat rem esse alienam, ideoque altera pars ius certum ad illam non hæat, remanet ipsi jus suum dubium ex præsumpto titulo emptionis, inventionis, donationis &c; consequenter non obligatur ad restituendam totum, sed solum ad partem secundum prædictam dubii proportionem, quam

partē proportionalē, quia ex injusta acceptione
betur, vero domino non comparente, tenebitur
stare pauperibus, vel ad pios usus, in comū
tutiori Sententia. Licet quoad hoc probabiliter
at oppositum *Lugo cit.* Eo quod lex illa p
debitis ex delicto certo, non videatur extendend
ejusmodi dubium: & nos alibi consentiemus.

137 IV. Quando denique possessor possidet rem
verso tempore, partim bona, partim dubia fide
quidem comparente Domino vero, res, ac fructus
adhuc existant, semper restituenda sunt: si
non amplius existant, attendendum est, non tempore
acceptionis rei, vel perceptionis fructuum, sed tempore
pus consumptionis; ita ut si bona, si mala
dei fueris, quando accepisti rem, vel fructus rei
cepisti, si tamen bonae fidei fuisti, quando rem
fructus absumpisti, nihil teneberis restituere.
enim ratione rei acceptae? quae non amplius existat
nec ratione injustae acceptionis: quia etiam si tempore
pore acceptionis fuisset malae fidei, & injuste accep
pisses, ill tamen mala fides correctae est per subsequen
quentem bonam fidem, quae consumpsisti. Si tamen
malae fidei fuisti, quando consumpsisti rem, vel fructus
ctus rei aliae, domino teneberis eorum aestimatum
nem praestare, sicut alius possessor malae fidei, non
obstante, & nihil opitulante priori bona fide, quae
quae per subsequentem malam fidem corrupta, &
extincta fuit. Ita cum *Molina, Sanch. & aliis* res
resolvit *Lug Disp. 17. Sect. 3. n. 68.* citans, &
explicans bene alios, qui videntur oppositum sententiae
re. *Ratio autem est: Quia tunc mala fide durat*

consumens injustè te geris contra dominum, verè
que peccas contra iustitiam: ergo ex vi illius cul-
pabilis consumptionis contra jus alterius, contrahis
obligationem restitutionis. Quodsi contingat ca-
sus, ut post illam malæ fidei consumptionem rursus
superveniat bona fides, ac certitudo, rem illam, vel
fructus fuisse revera tuos, quos mala fide absumpsi-
sti, putans, vel dubitans esse alienos, jam utique non
obligaberis restituere: quia consumptio illa non
fuit reipsa, & materialiter injusta, sed per accidens,
& formaliter tantùm ex conscientia erronea, qua
proinde cessante, jam ab omni onere liber eris, ut
in simili sæpiùs notatum.

Restat unum, aut alterum dubium explicandum. 138

Unum dubium est. Quid si per errorem sis in mala
fide respectu unius, at non respectu veri domini. v.
g. putas prædium à te possessum esse Petri, ejusque
fructus consumis, utique mala fide: sed reverà præ-
dium est Pauli: eritne obligatio restituendi ex in-
justa acceptione? Respondetur, si durante errore re-
stitutio facienda sit, utique debebis restituere Petro
à te putato, quia ex uno errore sequitur alius error.
At verò cognita veritate, teneberis restituere, & re-
gulariter saltem etiam æstimationem fructuum con-
sumptorum Paulo vero Domino, ex ratione injustæ
acceptionis: ut ex communi resolvit Tamb. *lib. 8.*
tr. 3. c. 3. §. 6. n. 2. Ratio est: Quia scis prædium
non esse tuum, adeoque nec fructus ejus, & tamen
eos absolute & sine conditione absumis, injustè
agis, & quidem interpretativè etiam adversus eum
ipsum dominum, cujus reverà est res, prædium v. g.

etsi tunc eum non agnoscens in individuo, per rem putes alium dominum.

139 Dixi tamen: *Regulariter loquendo*: Nam si animo affectus fuisses: quia si fructus sunt Petri, g. Principis, vel divitis, idè eos accipio, & consumo, si autem scirem esse Pauli, vel alterius patris, vel egeni non acciperem, & consumerem: certe, si fructus defacto sint Pauli, non essent fructus: nec respectu Petri, cujus reventà fructus sunt: nec respectu Pauli, quippè quem non cognoscens, nullo modo, nec interpretativè quidem tendisti lædere, cum nihil volitum, nisi cognitum, nec consequenter eris obligandus ad restitutionem ex injusta acceptione: consumptis autem fructibus non erit etiam locus restitutionis ex re accepta, fortè indè ditior factus sis: ergo omnino liber es: juxta probabilem multorum Sententiam in simili de occidente pro errore unum per altero quinto Præcepto.

140 *Alterum dubium est*: Quid si ego quidem possessor bonæ fidei, sed meus præcessor, qui habuit rem, erat malæ fidei: nocebitne mihi? Quantum ad nostrum propositum, nihil omnino nocere tibi, quamdiù tua bona fides durat. At in ordine ad præscriptionem, seu usucapionem, distinguendum est. Mala fides præcessoris non successori, vel hæredi universali, non item successoris particulari tantum, qui nimirum talem rem accepit ex legato, dono, empto &c. ut nos supponimus in proposito. Sed de hoc latius fortè, in de Præscriptione.

§. II.

*Tenetur restituere ipsam rem adhuc extan-
tem alienam.*

Possessorem malæ fidei debere restituere rem a-141
alienam adhuc extantem in individuo, nec posse
pro libitu reddere ejus valorem, vel aliam rem pro
alia, exceptis, & raris casibus, certum est apud om-
nes, & generaliter dictum *Affertione 2. casu 2.*

II. Quòd si etiam possessor malæ fidei, vel fur 142
rem alienam mixtibilem, v. g. pecuniam, vinum
&c. commiscuit cum suâ: si quidem adhuc discer-
ni queat, adhuc eadem numero restituenda erit; si
verò amplius discerni, vel separari nequeat, jam
velut moraliter consumpta in dominum furiis tran-
sit, ideòque restituendum erit in æquivalenti cum
toto interesse. Sed de hoc ex professo alibi *in sep-
timo Præcepto de acquisitione domini per commix-
tionem.*

III. Possessor malæ fidei tenetur restituere rem 143
alienam cum omni suo intrinseco, vel extrinseco
incremento: ut si equus, vel bos apud furem cre-
vit, vel impinguatus est; si ager melioratus, in hor-
to arbores plantatæ &c. Item si interim pretium rei
alienæ, equi, bovis, frumenti, vini &c. quantum-
cunque creverit. *Omnes.* Ratio est: Quia quan-
dores crescit, suo domino crescit: fur autem cum
non sit dominus rei ablatae, non potest esse domi-
nus ejus augmenti, vel valoris majoris; ergo tota
res quomodocunque creverit, adhuc restituenda
est domino.

IV. Sup-

144 IV. Supponendum pro certo, seu pro certo
 etiam possessorem malæ fidei, ac ipsum furem
 restituendo ipsam rem alienam, aut fructus rei
 rei alienæ, vel fructuum consumptorum pretium
 seu valorem, semper in foro conscientiæ licite,
 justè posse detrahere expensas necessarias, ac opera
 in rei alienæ, ac fructuum conservatione factas,
 nimirum expensas, vel operas necessariò etiam
 cisset ipse dominus rei suæ, si ipsi ablata non fuisset.
 v. g. in alendo equo, bove, in agro colendo,
eundem omnes. Quia nimirum alioquin, si non
 traherentur illæ expensæ, ac operæ, dominus
 reciperet, quàm exigat damnum ipsi illatum, quod
 intuitu patet. Excipe tamen: nisi illæ expensæ
 sint compensandæ cum usu rei alienæ, equi
 fure percepto: ut ex se patet, & jam supra
 catum est.

§. III.

*Aut si absumpsit, vel periit, ejus valorem
 eundem se, & omne incrementum intrinsecum
 & extrinsecum domino valiturum.*

145 **R**es potest crescere, & decrescere aut intrinsece
 in se, & secundum substantiam suam: ut si
 lus equinus adolescat, & fiat equus, sicque plus
 leat; & contra rursus senescens minus valeat.
 extrinsecè, quoad solum valorem: ut si modius
 tici modò valeat sex aureos: deinde ob penuriam
 vel multitudinem ementium valeat octo, vel
 cem &c. Quod si ergo possessor malæ fidei
 modi rem alienam, vel furtivam absumpsit, alienam

vit, vel perdidit; quæritur quantum valorem debeat restituere in pretio?

Regula universalis, & verissima re ipsa est, quam tradunt *Medina, Vasquez, Turrianus, Rebellus*, alii cum *Molina tom. 3. disp. 725. Lessio. lib. 2. c. 12. dab. 16.* Nimirum in restitutione pretii pro re aliena consumpta, vel perdita, non esse attendendum hunc, vel illum valorem, quem habuit res, sed præcisè ad damnum, quod domino illatum est per injustam ablationem, detentionem, ac consumptionem rei suæ: hoc ipsum significamus in Assertionem: *Debere restitui valorem rei secundum se, & omne incrementum intrinsecum, & extrinsecum domino valiturum.* Hoc enim toto restituto, compensabitur totum damnum domino illatum. Verum quia hæc regula valdè latè patens nimis variè, & intricatè applicatur à Doctoribus ad casus particulares, ideo sistendo in Regula generali, velut fundamento pono duas Regulas distinctas particulares.

REGULA I.

Quoad incrementum intrinsecum.

Quando res aliena apud possessorem mala fidei *142* aucta est augmento intrinseco, & quoad substantiam, restitutio facienda erit secundum optimū statum rei, quem in manu furis, seu possessoris iniqui habuit, etsi fortè augmentum, illud apud dominum habitura non fuisset. Communis DD. *Sylv. Major, Gabriel, aliisque citt. Navar. c. 17. n. 27. Less. cit. dub. 16. n. 105. 108. Laym. lib. 3. de just. tr. 2. c. 4. v. 5. Lug. cit. sett. 6.* Et tradit

Ulpianus L. in re furtiva, ff. de condict. furtiva
*ex causa furtiva res condicatur, cuius temporis
 matio fiat, quaritur? Placet tamen id tempus
 Etandum, quo res unquam plurimi fuit: maxime
 cum deteriore factam fur dando non liberari
 semper enim moram fur facere videtur. Ratio
 Quia totum incrementum intrinsecum, & con-
 mus status rei inhærens, unâcum ipsa re ad do-
 num spectat: ergo sicut res ipsa, vel ejus æstimatio
 ita etiam quodvis incrementum intrinsecum
 aut ejus absumptæ æstimatione integrè domini
 stituenda erit. Adeoque si res aucta semel, vel
 sumatur, vel longiori mora possessoris iniqui-
 rior reddatur, is injustum damnum domino
 rens, compensare tenetur semper secundum æsti-
 mationem rei in optimo statu, quem apud ipsum
 habuit, etsi fortè apud dominum manens, non
 quam accepisset illud augmentum. E. g. furti-
 es vitulum, pullum equinum, bovem macrum,
 postea factum equum, bovem adultum, vel per
 guem absumpsisti, vendidisti, vel culpâ tuâ per-
 aut deteriorari permisisti, teneris restituere pretium
 vel æstimationem equi, bovis adulti, ac pinguis,
 cundum optimum statum, quo eos habuisti tu, si
 dominus illos ad talem statum non deduxisset,
 antea consumpsisset, vendidisset, perdidisset,
 mita tamen: nisi res ita constituta sit, ut licet
 quus possessor rem in optimo statu restituisset,
 men à domino servata, similiter periisset, vel de-
 rior facta esset, sicut periit, vel deterior facta esset
 culpa apud possessorem iniquum: ut si vinum furti-*

ablatum apud furem corrumpatur in acetum, similiter certo corrumpendum apud dominum: tunc enim satisfacit restituendo rem in illo statu deteriori sine sua culpa eveniente: Ut ex communi notat Laym. l. 2. Quoad expensas, & operas detrahendas, jam generaliter dictum §. *preced. fine.*

Nam etiam fur non tenetur plus reddere, quam abstulit: expensas autem illas, & industriam in re aliena augenda domino non abstulit, sed potius inutilitatem domini ipse contulit, si nunc facienda sit restitutio. Econtra autem adde: Si res apud ipsum dominum manens ita aucta, vel meliorata fuisset, v. g. vitulus adolevisset, bos saginatus fuisset &c. defacto autem apud furem non ita aucta sit ob ejus negligentiam, & culpam, vel statim absumpta, tenetur fur reddere aestimationem secundum valorem summum, quo dominus rem illam certo, vel probabilius deduxisset, vel vendidisset: nimirum ratione damni emergentis, & lucri cessantis juxta dicenda inferius §. 6. secundum omnes.

REGULA II.

Quoad augmentum extrinsecum.

Quando res aliena apud possessorem mala fidei ¹⁴⁸ aucta est augmento seu valore extrinsecotantum, restituendus erit valor optimus, quo ipsi domino valuisset, seu quo ipsam deduxisset, si ei injuste ablata, vel detenta non fuisset: alioquin restituendus erit valor illius temporis, quo eam iniquus possessor absumpsit. Hanc re ipsa colligo ex doctrina Cardinalis de Lugo tom. 1. disp. 18. sect. 6. sparsim, & Tamb.

Tamb. *lib. 8. tr. 3. c. 2. §. 7. toto.* ut mox patebit. Ratio clara sumitur ex Regula generali restitutionis ex delicto. Quia tantum restituendum est ex delicto, quantum damnum illatum est, nimirum perfectam æqualitatem: atqui tantum damnum fertur domino, quantum ei sua res valuisset, injustè ablata, vel detenta non fuisset: aut si quantum valuit res eo tempore, quo eam possessor injustus absumpsit: tunc enim actu damnum tantum est, ut mox patebit amplius: ergo dominus restituendus est optimus valor illius temporis, ipse rem suam distraxisset, aut si non distraxisset restituendus erit valor illius temporis, quo possessor iniquus absumpsit, quo scilicet damnum actualiter illatum est ex parte ipsius.

149 Jam verò pro clara applicatione Regule ad verisimos casus, figuremus hunc casum. Petrus furatus est Paulo mensuram tritici mense Augusto, quo valebat tres aureos: postea in hyeme valuit tres aureos. Rursus mense Junio, vicinâ jam optime messe, decrescit ad tres aureos, vel minus. Similiter potest dici de pullo equino, qui primò valebat quatuordecim aureos: postea perfectus equus valet triginta. Denique senescens redit ad valorem decem aureorum, aut octo, vel ad huc minus. Statuamus ergo tempora valoris: Primum valoris minoris: Secundum valoris aucti: Tertium valoris rursus diminuti. Jam accuratè inspiciendum erit, I. quonam tempore Petrus rem alienam consumpsit. Quonam illorum tempore Paulus dominus rei, si rem distraxisset, si ei injustè ablata, & detenta

non fuisset: & jam juxta datam Regulam clarè elucescet, quem valorem pro re consumpta debeat restituere Petrus fur Paulo domino rei. Claritatis gratiã percurramus breviter.

Petrus consumit rem primo tempore valoris minoris, quando scilicet triticum valebat tribus aureis, pullus equinus decem.

I. SI Paulus dominus rem suam fuisset venditurus, 150 vel consumpturus eodem primo tempore minoris valoris, clarum est, Petrum furem solùm debere restituere illum valorem ejusdem temporis: quia non damnificavit Paulum, nisi in illo valore, scilicet tribus, vel decem aureis: quare satisfacit ad omnem æqualitatem reddendo eundem valorem, aut mensuram tritici ejusdem qualitatis; sicut satisfaceres reddendo ipsum triticum ablatum, aut equum si adhuc existeret.

II. Si Paulus frumentum suum erat venditurus 158 secundo tempore valoris aucti, quando scilicet valebat sex aureis: aut, quia eo tempore hyemis frumento suo caruit, debuit emere aliud eodem majori pretio, sicque ei aut lucrum cessavit, aut damnum emerit. Rursus certum est, Petrum debere reddere illum majorem valorem, scilicet sex aureos, aut duas mensuras similis tritici. *Ratio clara est:* Quia toto hoc majori pretio damnum intulit injustè fur Paulo; totum ergo compensare debet. At, quid si Paulus frumentum suum non erat venditurus pro pretio, nec aliud empturus sibi: sed eo tempore ipse consumpsisset, vel donasset amico, vel e-

rogâset pauperibus? *R.* Adhuc reddendum esse
 lum valorem temporis, quo Paulus rem suam
 sumpturus, vel donaturus erat. *Ita contra*
& alios, cum aliis Lugo cit. disp. 18. Sect. 6. n. 1.
Tamburinus cit. §. 7. n. 9. Ratio est: Quia Paulus
 non solum passus est carentiam tritici, sed etiam
 passus est damnum carendo tritico, ejusque
 quando usus erat majoris æstimationis, sive pro
 sive pro aliis. Nam si furatus fuisses Paulo
 dium valens decem aureos propter raritatem
 rum, etiamsi nullum aliud damnum ea de causa
 currenit, certè non satisfacies postea dando
 simile prandium, quando jam propter abundantiam
 illorum ciborum solum valebit decem argentei
 alioquin, si urbe obsessa, furares caput equi,
 asini, quòd propter famem tunc valet decem aureos
 postea, solutâ obsidione, satisfaceres reddendo
 caput asini, vel equi, quando jam amplius
 valet. Fatendum ergo est in nostro proposito
 stituendum esse triticum, quantum valebat
 usus tunc temporis, consequenter damnum
 tum pro illo tempore.

152 III. Si Paulus frumentum suum consumpturus
 vel distracturus erat tertio tempore rursus dimini-
 valoris, quando scilicet valebit tribus aureis,
 minus: Petrus solum debet restituere pretium
 mi temporis, scilicet tres aureos. *Ratio est:* Quia
 ex una parte Paulus Dominus non est passus ullum
 interesse, vel damnum majus, quippè qui rem
 vaturus erat usque ad tempus illud valoris minoris
 ex alia autem parte, quia fur tenetur reddere re-

vel rei pretium, quanti est eo tempore, quo rem consumit, (tunc enim actu damnus inferens injusta consumptione contrahit onus restitutionis) obligabitur ad pretium illud primi temporis, quo rem injustè consumpsit: esto res apud dominum suum existens illo ultimo tempore, etiam minus valeret, ut mox patebit amplius casu sequenti.

Petrus fur consumit rem secundo tempore valoris aucti, quando scilicet frumentum valebat sex aureis, equus triginta.

Tenetur totum illud pretium restituere pro re consumpta quocunque tandem tempore Paulus dominus rem suam distrahturus, vel consumpturus fuerit, juxta Regulam à nobis datam. Nam

I. Si Paulus rem suam distrahturus erat jam primo tempore valoris minoris, nihilominus Petrum debere restituere pretium majus secundi temporis, scilicet sex, vel triginta aureos, merito certissimum sibi testatur *Tamb. cit. n. 13*. Ratio manifesta est: Quia res adhuc existens illo medio tempore aucti valoris (impermixta tamen rebus furis) adhuc sui domini est, & non furis, consequenter in valore illo domino crevit, & non furi: ergo si tunc fur consumpsit, vel vendidit rem alienam, consumpsit, vel vendidit per injuriam, factam ipsi domino; ergo ulterius, sicut si ipsa res adhuc existeret tempore illo majoris valoris, deberet illam domino reddere totam, quantumcunque etiam in pretio crevisset; quia nimirum crevit domino suo, & non furi; ita si eodem tempore majoris valoris injustè consump-

ta vel alienata sit, totum illud pretium maioris
valoris domino Paulo restituendum erit à furto
tro: etsi non ratione damni majoris, tamen ratio
juris domini.

154 II. Si Paulus rem suam distraxisset, consumpta
fuit eodem medio tempore majoris valoris,
à Petro absumpta est: jam nimis clarum, & certum
est, debere Petrum illum valorem majorem restituere,
scilicet sex pro frumento, triginta pro equo
restituere: quia nimirum & res tunc consumpta,
tantundem damnum omnimodè domino tunc
laturum est. Non ita clarum, & expeditum,
valde controversum est, si Paulus rem suam
consumpturus, & consumpturus erat primùm tertio
tempore rursus diminuti valoris. Nam Lessius
2. c. 12. dub. 16. & ex illo Laym. *hic e. 4.*
cum aliis censent, sufficienter tunc restituere
pretium illius temporis posterioris, aut aliam rem
eiusdem generis, & æqualitatis, etsi tunc minus
valentem, si res functionem suscipiat. Imò (addit
lina cit. disp. 725. n. 8. probabile etiam esse in
rebus functionem non recipientibus: ut si furatum
equum tunc valentem ducentos aureos, eo petente
satisfacies, si postea restituas similem equum
æque bonum, etiamsi postea nunc valentem
minus:.) *Ratio satis suadens est:* quia justitia
mutativa obligat solum restituere ad æqualitatem
inter datum, & acceptum, sed hoc casu servanda
æqualitas, si possessor iniquus restituat, aut rem
eiusdem generis, & bonitatis, & pretium
temporis illius in quo restituit, semper tunc

nim tantum habet dominus, quantum habuisset, si res ablata non fuisset. Neque etiam damnum ei illatum est, aut lucrum cessavit ratione illius majoris valoris intermedii temporis; quia, ut supponimus, non distraxisset rem illo intermedio tempore majoris valoris, at consumpsisset, vel æque servasset in posterius tempus minoris valoris. quo restituitur, adeoque augmentum intermedii temporis, etsi ad dominum spectans, censetur ipsi prorsus inutile, & nullius pretii. Quidsi autem fur illud augmentum percepit vendendo rem alienam tempore majoris valoris, nonne tam rei, quam industriæ, vel fortunæ furis fructus fuit? Omnino, non improbabiler. Nihilominus maneat nostra resolutio univertalis.

III. Si Paulus etiam rem suam servasset in tertium tempus, eamque distraxisset, vel consumpsisset illo tertio tempore diminuti valoris, quando scilicet frumentum iterum valebat tribus aureis, vel minus: equus decem aureis, vel minus, adhuc teneur restituere fur totum pretium, seu valorem majorem intermedii temporis, quo ipse absumpsit, vel alienavit. Ita post alios Lugo cit. à n. 126. Tamb, cit. n. 15. Ratio urgens est à priori: Quia quando fur triticum consumpsit injuste tunc statim absque mora, ratione injustæ consumptionis, tenebitur ex justitia restituere ejus valorem, & sine dubio in omni foro, eundem valorem, quantum eo tempore triticum valebat, & non quantum valiturum erat postea decrescente pretio tritici: res enim tunc in toto suo valore domini erat, non furis: &

postea jam absumpta non poterat amplius decrescere domino, imò nulli: atqui hanc obligationem ita restituendi semel contractam, fur semper retinet, nec eam tollit, vel minuit, quòd valor ejus restituta decrescat, quòdque dominus rem suam si restitutus fuisset in tempus posterius, quo pretium crevit: ut sanè manifestum est benè considerari, ergo semper eundem valorem majorem illius temporis, quo rem absumpsit, restituere obligari. Adde nimis esse contra justitiam, rectamque rationem, quòd fur reportet lucrum, & ditescat: ex duplici suo delicto, nimirum ex furto, & ex injusta alienæ consumptione, si nimirum posset sibi restituere excessum illum majoris pretii. Ex quo patet rationem oppositæ Sententiæ. *Negatur enim minor*: Cum enim res in illo toto majori valore fuerit domini, & ejus consumptæ rei eundem valorem tenebatur statim fur restituere, culpabilis differens in posterius tempus minoris valoris, nimè satisfacit domino ad æqualitatem restituendi ei illum minorem valorem (v.g. tantum tritici pro renos pro tritico, decem pro equo) nec tantum damnum compensat, saltem ratione lucri cessantis domino ex illa culpabili mora. Compensatio enim damnum est, quantum defacto illatum est: qui damnum defacto domino illatum non est tempore posteriori, quando res minus valebat, pro tempore priori, quando res plus valebat, ut triticum sex, equus triginta florenis: quare si valorem tunc fur statim domino restituere teneatur ex delicto injustæ consumptionis, ut dictum

*Petrus fur consumit rem tertio tempore dimi-
nuiti valoris, quando scilicet triticum rursus
valet tribus, vel minus, equus decem
aureis, vel minus.*

SI Paulus dominus rem suam distracturus fuisset 156
primo statim tempore minoris valoris, scilicet
tribus vel decem, debet Petrus quoque solum red-
dere, quantum tunc valebat, scilicet tres aureos pro
trítico, decem pro equo, *secundum omnes*. Quia
ex una parte, ex illo tempore Petrus contraxit obli-
gationem restitutionis: ex alia autem parte, pro
tanto tantum pretio damnum intulit Paulo, & non
pro majori, quippe, qui rem suam pro alio tempore
majoris pretii non erat servaturus, sed primo tem-
pore minoris pretii consumpturus erat. At, ais,
medio tempore pretium crevit: ergo domino cre-
vit. *Contra*. At jam tertio tempore, quo rem Pe-
trus consumpsit, pretium rursus decrevit: ergo do-
mino decrevit. Solum ergo Petrus debet resti-
tuere damnum illatum, quod solum fuit carentia
pretii illius primi temporis.

II. Si verò Paulus disposuisset de re sua secundo 157
tempore aucti valoris, quando scilicet triticum va-
lebat sex aureis, equus tringinta, rursus certum est,
Petrum furem totum hunc valorem debere restituere
Paulo domino: quia nimirum in toto illo valore
ei damnum simpliciter intulit, dum Petrus rem
ipsius illo medio tempore detinuit, ex quo eo
tempore dominus de re sua disponere non potuit.
Uti dictum est in utroque casu N. II.

158 III. Denique si Paulus de re sua disposuisset vendendo, consumendo, tertio quoque illo tempore diminuti valoris, quo eandem Petrus absumpserat iterum liquidum erit, Petrum solum debere restituere valorem minorem illius ejusdem temporis scilicet tres, vel minus pro tritico, decem, vel minus pro equo. Ratio est: Quia pro tempore cedenti nullum intulit damnum Paulo Petrus: pro tempore autem præfenti jam reddit, quanti restituit. Pretium autem illud majus intermedium temporis, licet quasi perierit in manu furis, tamen quæ periisset in manu domini: quippè, qui restitueret majori valore usurus non fuisset, neque fur tempore adhuc re existente, pretium aliquod restituere tenebatur: atqui mox dicemus, quando æquè peritura erat in manu domini, ac in manu furis, nil à fure deberi, quia in nihilo dominus damnificatus est. Ex dictis diligenti animadversione facile patebit, quid dicendum, si casus formetur huiusmodi cum dupli tempore majoris, & minoris valoris v. g. Petrus furatus est decem ducatos valentes singulos tres florenos; postea diminuto valore valent singuli novem baceis minus, (ut in Circulo Franconico) consumpsit ducatos; quo valore restituet Petrus aliâ monetâ pro ducatis? Distingue tempus consumptionis Petri, & attende tempus quo dominus ducatis suis usurus erat, & habebit ex dictis claram resolutionem. Circa tamen prædicta unum, aut alterum dubium restat.

159 *Primum dubium*: Quidsi dubium sit, quomodo tempore, an scilicet majoris, vel minoris valoris

dominus rem suam distraxisset, nisi à fure iniquè detenta, & consumpta fuisset, quem tunc valorem fur restituet: eritne judicandum contra furem, in favorem domini, an econtra? *Respondetur*: Mediâ viâ incedendum, & aliquid detrahendum ratione illius incertitudinis, quantum pro ratione dubii, ex circumstantiis prudenter expensis prudentis arbitrio sufficere putatur: non enim pro damno incerto tantum restitui debet, quantum pro damno certo: & aliàs melior conditio est possidentis. *Ita Molina, Laym. citt. & Lugo n. 133. contra Vasquez, & alios plures, qui volunt judicandum tunc in favorem domini, & totum valorem majorem restituendum: eò quòd in dubio inclinandum sit in favorem innocentis, cujus conditio melior est. Sed benè respondet Lugo, inclinandum esse in ejus favorem, quando res dividi non potest, neque utriusque parti satisfieri, prout in hoc casu, potest.*

Alterum dubium est: Utrum in conscientia fur, 160
vel debitor in proposito teneatur stare dictis creditoris, eique credere dicenti, se rem suam fuisse servaturum, venditurum, vel distrahturum tempore majoris valoris, & non econtra? *Respondetur*: In rigore te non obligare sic credere, quia præsumere potes dolum in proptia causa nimis facilem. Erunt ergo considerandæ circumstantiæ & conjecturæ, quibûs talem veritatem expiscari certò possis, ut si aliquando dixisset, se non venditurum, nisi crescat pretium: aut contra pro tempore minoris pretii jam inquisisset emptorem, vel de re vendenda jam egisset: quòd si certitudo haberi nequeat, sed ma-
neat

154 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Ca*
neat res dubia, iterum restituendum erit pro
tione dubii, & majoris, vel minoris apparentis
tatis, & ut paulò ante dictum est. Ita fere
n. 135. & Tamb. cit. n. 11.

§ IV.

*Si absumpta sit, vel quomodo cumque perierit
nisi casu certo sic peritura etiam apud do-*
minum.

161

REGULA I.

Possessor mala fidei, juxta prædictos modos
sive fur restituere totum valorem rei aliena
documque apud ipsum perierit, etiam absq[ue] omni
culpa, mero casu, si illa similiter non perisset
suum dominum, utpote qui ejus interitum præ
set, aut casus, incendium, naufragium &c.
ipsum non evenit, qui evenit apud possessor
fidei. Omnes: Ratio patet: quia fur seu pos
sessor malæ fidei, ipsâ suâ injustâ detentione rei
quomodocumque hæc apud ipsum pereat, sim
non peritura apud dominum, est voluntaria
totius illius damni alieni, quod protide integ
compensare debet (ut si furatus es equum
itinere à prædonibus, vel latronibus tibi erept
& insuper damna inde secuta domino, juxta
da infra §. 6. Quod si dubium sit, an non
tiam apud dominum perisset, patebit mox Re
sequenti. Eademque est ratio, si res aliena,
v. g. apud furem, vel malæ fidei possessorem
rior fiat, similiter non deterioranda apud do
minum, si ei injustè ablata, vel detenta non fuisse

netur enim tunc, imò & satisfacet fur restituendo rem deterioratam una cum valore detrimenti, seu quanti aestimatur prudendis judiciò, damnum per deteriorationem factum; non autem tenetur ita volenti domino restituere totum valorem rei deterioratæ sibi retentæ: ut contra *Molinam* observat *Lugo disp. 18, Sect. 6. n. 139*. Ratio est: quia justitia solum exigit æqualitatem; servatur autem æqualitas, si restituatur domino res, quæ licet deteriorata, adhuc tamen sua est, & primo loco restitui debet, addito valore detrimenti: sic enim totum compenlatur damnum illatum. Quod tamen intellige: dummodò res deteriorata adhuc utilis maneat, alioquin certè, & justè furi remittetur, integro pretio exacto.

Insuper advertunt mei omnes, possessorem, vel furem liberari ab hoc onere restitutionis, si antequam res apud ipsum pereat, vel deterior fiat, purgasset moram, offerendo illam domino, qui tamen voluit, ut adhuc apud furem, vel possessorem remaneret: jam enim ex tunc interitus rei, vel deterioratio omninò casu fortuito accidens non debet furi imputari, quia non censetur amplius ejus injusta causa, quippè non amplius injustus detentor: sed imputabitur ipsi domino, qui noluit rem apud se habere.

REGULA. II.

Quòd si res aliena apud furem, vel apud alium male fidei possessorem pereat, citra omnem ejus culpam, casu omninò fortuito, certò similiter peritura apud dominum, si ablata non fuisset, utpote communi

156 Tract. IV. Pra' im. ad Præcepta 2. Tab. Cap. comp
muni incendio, naufragio, incursione hostium lit da
quis ante incendium Passaviense furatus est Di
cini, mox utriusque bonis incendio absumpti Nam
navi vectus furatus est alterius pecunias, vel peritu
tes, & mox facto naufragio, omnes merces cum lore
furto perierunt: si furatus es equum, vel bove melio
postea incursione hostium omnes equi, vel bove totum
unà cum tuo furitivo abiguntur: aut furatus es comm
quum jam moribundum brevi moriturum, solum
ter necessario moriturum apud dominum, &c. Lugo
lis, inquam, in foro conscientia saltem, ad re pot
obligatur restitutionem. Ita contra Paludant Di
Bartholum, Baldum, & Legistas communiter scilicet
Covarruviam in Reg. peccatum p. 2. §. 6. commo gio, l
nissima Theologorum, Molina tom. 3. disp. 7. est, q
n. 11. Lessius lib. 2. c. 12. dub. 15. Lugo cit. terius
18. Sect. 6. n. 142. Tamb. lib. 8. tract. 3. c. 2. abstul
8. n. 2. alii apud ipsos. Ratio est: Quia ius alius f
commutativa solum obligat ad compensand mino,
damnum illatum effectivè: atque in proposito ut no
nullum damnum in effectu intulit domino, si res pe
dem a quod ipsum eodem modo, eodemque ho
incendio, naufragio &c. absumenda erat, sicut Regul
furem; neque propter hujus furtum domi Di
quicquam minus habet, quam haberet, si furtu obliga
factum non fuisset, licet fur in affectu voluerit num:
ferre damnum, in affectu tamen nullum damna apud
intulit. Unde sequitur eum, qui occidit ho Nam
nem, alias ex occulto morbo, v. g. vel vuln similit
paulò post certissimò moriturum, et si verus fir sus es
micida, & irregularis, non tamen teneri de dam
com

compenſando hæredibus: quia moraliter non intulit damnum, alioquin certò ſecuturum.

Dixi autem 1. Certò peritura apud dominum. 163

Nam ſi dubium ſit, an res apud dominum fuiſſet peritura, adhuc tenebitur fur ad reſtituendum valore rei alienæ apud ſe pereuntis: quia in dubio melior debet eſſe conditio domini. Et quidem totum valorem rei tunc reſtituendum eſſe, docent communiùs DD. cum *Molina, Leſſ. cit.* Contra: ſolum reſtituendum eſſe pro rata dubii, contendit *Lugo cit. n. 137.* Utrumque probabiliter, ut videre potes apud ipſos.

Dixi 2. certò ſimiliter peritura apud dominum: 164

ſcilicet eodem, vel ſimili caſu, incendio, naufragio, hoſtium incurſione &c. Sermo enim non eſt, quando res erat peritura apud dominum per alterius injuſtitiam, ex eo ſcilicet, quòd licet tu non abſtuliffes, alius fur abſtuliffet: tunc enim, ſicut hic alius fur contraheret obligationem reſtituendi domino, ſic & tu fur, qui eum præveniſti, contrahes, ut notant DD. *cit.* Idemque dicendum eſt, ſi res periiffet apud dominum, in injuſta incurſione hoſtium antea non præviſa, quòd mox intelliges Regula ſequenti, ob eandem rationem.

Dixi denique: Talem ad nullam reſtitutionem 165

obligari de re certò peritura ſimiliter apud dominum: Intelligendo tamen, quatenus illa res certò apud dominum fuiſſet peritura, ſalvo alio intereſſe, Nam ſi v. g. antequam epuus apud te perierit, tunc ſimiliter certò periturus apud dominum, illo equo uſus es, vel equus lucrum aliquod tibi peperit, vel

ex ejus absentia dominus interea aliquod damnum incurrit, vel lucrum ejus cessavit, palam est, quod omnia antecedentia damna, debere à te fure domino compensari, quia illa lucra antecedentia non erant domino peritura: & alioquin res semper domino fructificat.

REGULA III.

166 **S**i res aliena perit dolo, vel culpa iniqui possessoris, nihil obstante, quod similiter certo perisset apud dominum, tenetur eam fur, vel iniquus possessor compensare domino, attamen secundum locum, quem res peritura apud dominum tenuerit. E. g. Petrus furatur frumentum, vinum, merces, vel aliud, illudque hodie consumit, vendit mala fide: cras autem irruunt hostes, incendium, ingruit alluvies &c. quibus illud frumentum, vel vinum, vel merx illa, sive furtivum apud furem, sive apud dominum æquale perit. Item navigans cum mercatore, frumentum, vel vinum furatus es, & abluente postea orto naufragio, omnibus mercibus peritibus, etiam illa à te furto ablata certo peritura. Idemque est de mera damnificatione: ut si vineam, segetem vel domum hodie combussisti, cras autem fulmine, vel hostili incurtu, æquale combussum fuissent apud dominum &c. *Talis, inquit, adhuc tenetur compensare rem secundum illam locum, quem in illo statu habuit.* Communis est apud cit. & adhuc citandos. Ratio est: quod una parte, quamdiu res extat apud possessorem bona fidei, cominus retinet dominium in illam

rem : ergo possessor iniquus suâ culpâ , vel dolo illam absumens , vendens , destruens , vel perire sinens , novam injuriam intert domino : & consequenter eo ipso instanti contrahit obligationem restituendi jure naturali, nihil obstante, quòd res postea etiam apud dominum periisset. Ex altera autem parte, justitia solùm obligat ad compensandum damnum illatum ad æqualitatem : Atqui fur, vel possessor iniquus absumens, vel destruens rem alienam, etiam certò perituram apud dominum, tantum solùm damnum intulit, quantum res tunc valuit in eo statu periculi : ergo tantundem solùm restituere tenebitur, juxta hanc necessariam, valdè notandam distinctionem.

1. Si fur rem alienam alioquin perituram consumpsit, destruxit, vendidit ante previsum ejus interitùs periculum, quando scilicet adhuc publicè ignorabatur rem illam perituram esse apud dominum, incursione hostium, incendio, naufragio &c, omninò tenetur domino valorem rei restituere, ut ex communi docent Lessius *cit. n. 95.* Molina *disp. 726, n. 2.* Laym. *lib. 3. tract. 2. c. 4.* Lugo *tom. 1. de justit. disp. 18. sect. 4. n. 77.* Tamb. *cit. § 9. n. 8.* Ratio est : quia tunc res erat sui domini. Et quia non prævidebatur periculum ullum interitùs, res valebat adhuc toto justo suo valore, vel pretio : quare tunc pro justo pretio vendi justè poterat, & emptor, re accepta, & improvisocasu pereunte, nihilominus integrum pretium solvere cogeretur : sic si fur eam iniquè consumpsit, vendidit, distraxit, non minùs contrahit obligationem restituendi domino

minus totum valorem, vel pretium, nec minor
 flituendum erit postea ex eo, quod apud furem
 ipsum dominum communi periculo æque per
 fuisset.

168 II. Si fur rem alienam alioquin perituram
 sumpsit, vel destruxit certò jam prævisò per
 interitùs, quando jam publicè certò sciebatur,
 prævidebatur rem certò esse perituram communi
 incendio, naufragio, hostium incurfu &c. nec
 res aliter ullo modo, eripi possit ab interitu
 is ad nullam, vel non nisi valde modicam restitu
 nem obligabitur. Ita *DD. cit. alii apud*
 Ratio est: quia tunc nullum damnum præ
 stimabile domino illatum est, cum res eo statu
 imminentis interitùs nullius, vel nimis exigui
 tii sit. Quis enim rem jam certò perituram,
 liquè usui sibi futuram emere prævisò vellet? An
 dominum tunc non posse censere invitum, sed
 citè consentire in consumptionem talis rei suam
 enim non vellet à te concive panem, vel vinum
 consumi potius, quàm absumi, vel corrumpi
 imminente domùs incendio? Dixi tamen: *Si*
aliter ab interitu servari non possit. Si enim
 interitu eripi possit, tunc reverà domino in
 est: adeoque adhuc ei merito invito injustum da
 num infert fur eam tunc absumendo, vel vende
 Qualiter autem fur teneatur tunc rem domini
 servare, & eripere ab interitu, dicam mox Res
 sequenti.

169 III. Si fur rem alienam absumpsit, vendidit
 struxit, non certò prævisò, sed probabiliter

opinato, vel subodorato periculo interitus: adhuc manet obligatio restituendi domino ejus valorem: cum certa fuerit possessio domini suæ rei; dubius autem interitus, nisi tu consumpsisses. Attamen rursus probabiliter non totum valorem rei, sed aliquantum minus, quantum scilicet à viro experto judicabitur, rex illo periculo rei pretium diminui. Quare si eo casu rem, v. g. triticum, vinum, equum vendidit, debet totum pretium acceptum restituere domino, cujus erat res, quia pretium succedit loco rei: & in hoc jam invenitur factus ditior ex re aliena fur. Debuit tamen eo casu minori pretio vendere rem alienam propter illud vitium periculi imminuentis probabiliter interitus. Quod si vendidit pretio ordinario, debet pars pretii excedens emptori reddi, non domino; quia illo excessu emptor deceptus est, non dominus. Vide Lugo cit. Tamb. n. 9.

REGULA IV.

Etiam si res certissimo peritura fuisset apud do-¹⁷⁰minum pro tali tempore, vel casu, belli, incendii, naufragii, is, qui illam surripuit, & servavit, non potest illam ut suam consummere, vel retinere, sed omnino restituere obligatur: quin etiam, si post illud tempus primum apud furem quocunque modo, culpa, vel casu pereat, dum is est in culpabili mora restituendi, tenetur restituere eius integrum valorem domino. Communis: meique citt. omnes. E. g. Si quis alienum equum, vel mercem ex incendio, vel naufragio eripuisset, quo certo periisset, nihilominus postea domino comparenti (petito tamen

operæ pretio) restituere tenetur: ac si ipse absumat, vel in culpabili mora reddendi, equus, vel quocunque eventu pereat, tenebitur præstare æstimationem, seu integrum valorem. *Ratio est;* Quia res quomodocunque superfit, semper dominus sui est: neque enim dominus periculum dominium rei suæ ex hoc, quod in periculo incursus constituta fuerit, vel peritura fuisset (nisi circumstantiis certò constaret rem à domino fuisse verè, & ex animo, non verò solum ex necessitate, & invitè derelictam, juxta dicenda de occasione rerum vacantium, & derelictarum) Neque ex hoc, quod ab alio ex periculo erepta, & servata sit res sua; sed id fortunæ domini cedit; quod si sua in tuto posita sit ab alio, etiam fure: ergo si vel malæ fidei possessor semper obligatus maneat, ut restituere (soluta tamen, vel deducto pretio operæ, laboris, vel industriæ suæ, ex ipsa naturalis equitate) & consequenter si absumat, vel in culpabili mora restituendi, quocunque casu perire sit, tanquam verè novum damnum domino inferat, tenebitur eius integram æstimationem præstare, quia, ut supponitur, tunc non amplius apud deum periisset.

171 Sed quæstio & difficultas non levis est, utrum fur, vel malæ fidei possessor rem alienam habitam communi incendio, vel naufragio perituram teneatur, si possit, eripere, & servare ex justitia, ita ut si eripere nolit, ac per culpam saltem gravem perire sinat, teneatur adhuc ad restitutionem? Etsi negari videantur *Lessius, & Vasquez* adud *Lugo cit. scilicet*

Sect. IV. De restitut. ex injusta acceptione. 163

n. 145. eò quòd fur non sit, sicut depositarius, cui custodia rei commissa sit. Rectè tamen affirmat communis *DD. Molina, Pet. Navar. Laym. ll. cc. Lugo. n. 147. Tamb. cit. n. 11.* Ratio est: Quia fur, quamvis non sit absolutè custos rei ablatae, quia tamen semper obligatur eandem rem conservare, saltem æquali diligentia, ac labore, quâ res suas conservaret: ne scilicet ponat voluntarium impedimentum ad restituendum: ergò is contra justitiam peccat, & consequenter ad restitutionem obligabitur, si, cum commodè possit, non conservet, seu ex periculo eripiat, sed latâ culpâ peccare sinat.

Ex hæcenus dictis resolve casum vulgarem, val 172 de practicum. Miles ita confitetur. Socij mei transendo per terram non hostilem, spoliârunt domum agricolæ: ego casu interveniens, duas vestes abstuli valoris quindecim florenorum, eâ ratione motus, quòd licèt ego non auferrem, tamen socii sine dubio ablaturi essent: Quæro, an, & qualiter peccaverim? an, & quid restituere teneat? R. Si miles accepit animo non restituendi, sine dubio peccavit: quia sicut alij milites injuriam, & damnum injustum intulissent auferendo illam rem alienam invito domino, ita & ille eos præveniens, & idem agens, quod alij malè acturi fuissent. Fieri tamen potest, ut eo casu miles solum peccarit venialiter ob levitatem materiæ: quia etsi vestes absolutè æstimentur quindecim florenis, quæ utique est quantitas sufficiens ad peccatum mortale: attamen cum alias ob varias circumstantias pretia re-

164 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap.*
rum minui soleant, tum maximè, quando im-
net incurfus militum, aut hostium, pretia rerum
ximè diminuuntur, nemine volente emere, ad
vestes illas in eo periculo constitutas nemo ac-
ret ultra dimidium florenum, ideòque miles
multum furatus, nec magnum damnum intul-
censendus erit. Ex quo patet de restitutione
cienda. Si enim vestes adhuc extant, eas restitu-
si autem non extent, restituet dimidium florenum
aut adhuc minus, idque sub veniali tantum.
démque ratione disce discurrere in similibus.

§. V.

*Item omnes ejus fructus naturales, & maxime
detractis tamen in foro conscientie expensis, &
estimatione laboris, vel industriae*

173

Remissivè:

IN his terminis restitutionis jam generaliter
plicatis *Affertione 2.* conveniunt possessor
næ & malæ fidei. At præter differentias ibidem
indicatas, disconveniunt quàm maximè in hoc
quòd possessor bonæ fidei solum teneatur restituere
fructus rei, quos ipse defacto percepit, adhuc ex-
tantes, vel si absumpsit, quantum inde ditior factus
sit: prætereaque nihil. At longè plus tenetur pos-
174 sessor malæ fidei. Nam:

I. Possessor malæ fidei tenetur restituere non solum
fructus adhuc extantes, sed etiam si fructus
los quomodocunque consumpserit, nec inde ditior
factus sit, aut suâ culpâ, imò etiam casu perire pe-
milit, non similiter perituros apud dominum, tenetur

Secl. IV. De restitut. ex injusta acceptione. 165

ur præstare eandem æstimationem, vel pretia, juxta omnia dicta §. *præced. n. 3. & 4.* de compensando valore ipsius rei alienæ absumptæ, vel pereuntis apud iniquum possessorem. *Omnes.* Ratio ex dictis constat: Quia scilicet res semper fructificat suo domino, ideoque possessor iniquus fructus illos absumendo injustum domino damnum intulit, necessariò compensandum ad æqualitatem per restitutionem. Solum eo casu potest excusari fur à restitutione, si sine ejus culpa fructus illi sint omninò consumpti: ut si, dum ipse vellet eos restituere, sed nondum posset, casu fortuito destructi fuissent, esto non æquè periissent apud Dominum, tum cum eo tanquam jam inculpabili condescendum, cum aliis meritò censent. *Lugooit. & Tamb. cit. §. 7. n. 23.*

II. Fur, seu iniquus possessor tenetur restituere 175
omnes fructus rei, non tantùm quos percepit, sed etiam quos dominus vero similiter percepisset; esto fur nihil perceperit. Ut si dominus ex agro, vel fundo suo ordinariâ industria percepisset mille, ex equo pretium locationis triginta (Idemque est de aliis fructibus rei vel industriæ à domino percipiendis, & à possessore iniquo rei impeditis) tantundem ei tenetur restituere fur, etsi ipse tantos fructus minimè perceperit, aut nullos, quocunque eventu. *Ratio patet:* Quia suâ injustâ detentione, & mora culpabili est vera causa totius illius lucri cessantis: & in casu injustæ damnificationis, dominum omninò indemnem servari oportet, uti distictè traditur Reg. 79. ff. *generaliter. Cum de fraud. de disputatur, non quid habeat actor, sed quid per*
L. 3 *adver-*

166 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap.*
ad versarium habere non potuit, considerandum
& in specie: L. fructus ff. de rei vindicat. *Fructus*
non modo percepti, sed qui honeste percipi poterunt
estimandi sunt &c. & alibi sæpius

176 III. Fur, seu possessor malæ fidei tenetur re-
tuere fructus perceptos ex re aliena, vel eorum
estimationem, etiam si dominus illos, vel tantorum
fructus non percepisset; ut si vineam, vel agrum
benè non coluisset, equum, vel domum pro præ-
non locasset &c. uti fecit possessor iniquus, ac etiam
si fructus percepti fuerint ex re per furis diligen-
am, vel expensas meliorata &c. *Communis*
Mol. Less. Laym. aliq. citt. Ratio sæpè dicta
Quia omnis res suo domino fructificat, atque
ius fortunæ cedere debet, quòd res plus in manu
furis fructificarit, quàm si ipsemet eam possederet
quòd autem sic dominus locupletior fiat occasione
furti alieni, omninò per accidens est.

177 IV. Dicta hæc tenus vera sunt etiam in foro
scientiæ, siue res aliena maneat apud ipsum furem
seu possessorem iniquum, siue jam sit ad aliquem
alium quocunque modo translata, semper enim
vel possessor iniquus est, & manet causa totius dam-
ni alieni in re, & in fructibus: siue rem adhuc possi-
spondeat, siue alienarit spontè, siue amiserit in vi
alio clam, vel vi auferente; ergo semper ipsi
iurè incumbet obligatio compensandi totum damnum
illatum, quo ad rem, rei que fructus. Quod bene
notandum.

Tandem tamen hæc obligatio restituendi fru-
ctus ex re aliena, tamdiu duntaxat durat, quam

diu manet res ipsa existens : tamdiu enim fructificat domino res, quamdiu existit. Postquam verò res perit, vel consumpta est, possessor iniquus ad nihil aliud tenetur, quam ad restituendum valorem illius rei, omnesque fructus rei, quos percepit, vel dominus percepisset usque ad illud instans delitionis : Non autem tenetur ad restituendum valorem fructuum illorum, qui perciperentur, si res adhuc perseveraret : nam, ut dictum est, res domino diutius non fructificat, quam existit.

Ex dictis patet solutio ad illam quæstionem, utrum fur, vel iniquus possessor teneatur etiam restituere fructus, quos ipse ex re aliena non quidem percepit, tamen potuisset percipere? *Respondetur cum distinctione* : Si enim dominus rei eos fructus percepturus fuisset, si habuisset rem suam, omnino tenebitur fur pro iis restituere, juxta dicta n. 175. quia tunc fur fuit domino causa injusti damni. Si autem nec ipse dominus eos fructus percepturus fuisset, etsi rem suam habuisset, nequaquam pro iis tenebitur fur in foro conscientia: quia tunc in nullo damnificavit dominum, nec ipse aliquid percepit ex re aliena, ut supponitur. Dico autem: *In foro conscientia*: Nam in foro externo adhuc tenetur fur pro ejusmodi fructibus perceptibilibus, etsi non perceptis, compensare: *juxta L. si fundus ff. de rei vindicat.* Vide Sanch. lib. I. Moral. c. 2. n. 110.

Alia quæstio esse potest, an fur teneatur restituere fructus, vel lucra, quæ dominus percepisset ex re sua illicitè, seu ex turpi usu rei suæ? *Respon-*

detur : Si lucrum secutum fuisset ex ipso peccato sup. ut si Titus pecuniis à te ablati, ulc exercendo, vel injustè ludendo lucratus fuisset meretrix vestibis à te spoliata, interim opificatio nihil lucrari poterit &c. non tenebitur restituere quia ejusmodi lucrum non est fructus rei, neque industria honestæ, sed malitiæ. & turpitudinis. si lucrum non fuisset secutum ex ipso peccato, ex usu rei suæ, tenebitur restituere : quia tunc lucrum fuisset fructus rei domini. Sic solet obligari injustus possessor domûs alienæ ad restituendum pretium locationis domûs, quam dominus, non sine peccato locasset meretrici,

§. VI.

Item omne inde damnnum emergens, & lucrum cessans domino ex iniqua detentione rei suæ.

180 **T**enetur tandem ei possessor iniquus compensare. *Omnes.* Ratio clara est ex dictis. Quia possessor iniquus tenetur restituere ad æqualitatem arithmeticam justitiæ commutativæ ; ita nimirum, ut dominus tantum recipiat, & habeat quantum habuit, & haberet, si res sua ablata, vel detenta injustè non fuisset : ad hoc autem sine dubio requiritur compensatio damni emergentis, & lucrum cessantis : his enim non compensatis, non recipiet dominus tantum, quantum haberet, si res ablata vel detenta non fuisset, ut ex terminis patet : ergo

181 **E**xemplum damni emergentis est. Si propter quod equus, bos, frumentum &c. ablata, vel

pore debito restituta non sint: ipse dominus coactus est equum, vel bovem, vel frumentum majori pretio emere, agrum colere, vel serere non potuit, magnâ suâ jacturâ &c.

Exempla *lucris cessantis Sect. precedenti* multa alata. ¹⁸² Ut si dominus frumentum ablatum habuisset, majori pretio vendidisset, postea receptum vilius vendere cogatur. Si dominus pecuniâ negotiationi destinatâ lucrum fecisset, nisi iniquè ablata vel detenta fuisset. Si pecuniâ ablatâ domum restaurasset, equum emisset, instrumenta comparasset ad lucra quærenda: quibus modò, ratione injustæ ablationis, carere debet: sic in similibus. Omnia ejusmodi lucra cessantia possessor iniquus omni jure, & in utroque foro compensare tenetur, nisi pars læsa remittere censeatur; ut sanè sæpè censeari debet nostris temporibus, cum possessores iniqui, aliique debita non solventes, vix unquam in foro conscientia compelli possint ad compensanda lucra cessantia (quæ sanè creditoribus plerumque magna cessant) eò quòd pars læsa non petat. Res sanè, si ulla alia, plena est periculi morosis illis solutoribus in confessione benè inculcanda. Sed de hoc alibi.

Atque hinc vides: Quòd possessor iniquus, ^{li-183} ceter non teneatur restituere fructus solius industriae suæ v. g. lucrum ex negotiatione alienæ pecuniæ, vel mercis, tenetur tamen restituere domino totum damnum, quod inde emerit, totumque lucrum, quod inde ei cessavit, totum, inquam, lucrum, quòd dominus non solum communi, sed etiam singulari suâ

170 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap.*
suâ industriâ percepisset; non tamen, quod
modocunque percipere potuisset, ut ex *Dica.*
notat *Tamb. cit. n. 24.* Ratio est: Quia in
damnum passus est dominus ex alterius culpa:
verò in hoc, quod solum potuisset percipere,
vero similiter defacto non percepisset lucrum.
rùm de hoc interesse lucri cessantis, & damni em-
gentis ex professo latius agendum est *cap. 3. §. 3.*
& *5.* Ubi de circumstantia quando restituendum

SECTIO. V.

Quid restituendum ex delicto formalis
ione injusta damnificationis tantum:
Item impeditio à consecutione
alicujus boni?

SUMMARIUM.

186. Qui per culpam Theologicam gravem rem alterius
struxit, vel deteriorabit.
187. Etiam indirectè, per se, vel per suos,
188. Tenetur restituere valorem rei, ejusq; fructus,
damnum emergens, & lucrum cessans. Excep-
taria.
191. Etsi nulla culpa Theologica adsit, ad nihil tenetur
foro conscientie, nisi post sententiam Judicis.
192. Usque ad n. 196 Exempla & casus varij.
197. Qui impedit alium à consecutione alicujus boni,
beneficij, Officij &c. jam ex justitia commutativa
aliquo jure debiti, per vim, vel dolum, tenetur
ta estimationem juris vel spei habita, ad restitu-
tionem
198. Secus, si illud bonum sit debitum solum ex justitia
distributiva; aut
199. Si bono Zelo sine vi vel fraude impediatur V. g.
dignum, Nam

200. Qui perverso & iniquo affectu digniores, vel verè dignos sic impediunt quovis modo, promovendo indignos, utiq; peccant gravissimè, & Ecclesia vel Republica obligantur ad restitutionem.

201. Imò impediens alium vi, fraude, metu, mendaciis, detractionibus &c. a consecutione alicujus boni, non ex justitia, sed ex libera solùm, & determinata jam alterius voluntate conferendi, obligatur ad compensandum damnum juxta proportionem spei habitæ. Unde

202. Gravissimè peccant, & ad restitutionem obligantur I. qui sic malevolè apud Episcopum, vel Principem impediunt dignum.

203. II. Qui Testatorem vi, vel fraude impediunt. ne testamentum sic vel sic condat &c. casus varij.

204. III. Qui vi, fraude, mendaciis, criminationibus &c. apud dominos impediunt opifices, operarios, famulos, Mercatores, mendicos.

205. IV. Qui injustè alterius literas aperiunt, ut ipsi beneficium consequantur, negotiatione lucrentur &c. ex quo

206. Usque ad 209. resolvuntur casus varij valde notabiles.

209. Qui verò sine vi, vel fraude tali alium impedit à consecutione boni, non ex justitia debiti, sed ex gratuita alterius voluntate jam determinata conferendo, non peccat contra justitiam, nec ad restitutionem obligatur.

210. & 211. Exempla & Casus varij.

212. Eum, qui sine vi, vel fraude, ex odio tamen, vindicta, aut expressa etiam intentione nocendi, alium sic impedit, ad restitutionem obligant DD. Antiqui.

213. Sed vera est Sententia communis opposita negans eo casu obligationem restitutionis.

214. & 215. Exempla & casus.

Damnificatio injusta proximi rem ejus destruendo, vel deteriorando, potest fieri aut directe, & per se intendendo damnum proximi; aut indi-

172 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap.*
indirectè, solum causam ponendo, vel non agendo; seu aliquid agendo, vel omittendo, quis prævidet secuturum damnum proximi, tamen illud damnum directè minimè intendat. In damnificatio potest fieri aut *positive*, destruendo, deteriorando rem proximi, quæ defacto ipsius, aut *negative*, solum impediendo proximum a consecutione alicujus boni, quod ipsi debebatur, alioquin conferendum erat. De utroque prædictis distinctas Assertiones.

ASSERTIO V.

185 **Q**ui per culpam injustitiæ Theologicam gravem rem alienam destruxit, vel deterioravit, aut indirectè, per se, vel per suos, tenetur restituere domino valorem rei, ejusque fructus. Item damnum inde emergens, vel horum cessans præmo. Si culpa Theologica absit, ad nihil tenetur foro conscientia, etsi leges aliud statuant pro foro externo, quæ tamen in conscientia non obligant, post sententiam Judicis. Explico breviter, & præterea remissive.

§. I.

Qui per culpam injustitiæ Theologicam gravem rem alienam destruxit, vel deterioravit.

Remissive.

186 **H**æc ad verbum explicata habes Assertionem 1. 4. an. 444. per totum, generaliter loquendo obligatione restitutionis ex delicto formali, seu injustæ acceptionis, seu injustæ damnificationis rei alienæ, nimirum ad hoc, ut sit obligatio restituere

Sec. III. De restitut. ex injusta damnificatione. 173
nis ex dilecto, sub mortali, requiri, ut delictum
commissum sit per actionem injustam externam &
culpam Theologicam gravem; adeoque, si nulla
adsit culpa Theologica gravis, sed vel politica, vel
venialis tantum, nulla aut non nisi sub veniali erit
obligatio restitutionis. Eadem autem omnino est
ratio quoad hoc de delicto, seu injustæ acceptio-
nis, seu injustæ damnificationis: hoc solum pal-
mare discrimen esse potest, quod si sine culpa Theo-
logice gravi rem alienam accepisti, & non statim
eo statu absumpsisti, postea compertâ veritate, rem
esse alienam, eam adhuc extantem omnino tene-
beris restituere, sub mortali etiam: at non ratione
injustæ acceptio- nis, quæ mortalis non fuit, sed ra-
tione rei acceptæ, vel novæ injustæ detentionis. Id
autem locum habere non potest in delicto injustæ
damnificationis, ut de se patet, sed re alienâ sine
culpa Theologica destructâ, vel deterioratâ, nulla
in foro conscientiæ potest superesse obligatio resti-
tutionis.

§. II.

Etiâ indirectè, per se, vel per suos.

UT pote, si animadverso periculo damni proximi 187
inferendi ex actione Tua, v. g. ejaculatio-
ne, vel explosione, ejectione lapidum ex domo, vel
tecto, incustodia luminis &c. nihilominus non
præcaveas, (etsi directè minimè intendas) dam-
num proximo, homicidio, incendio, aliòve modo,
intulisti, vel inferri permisisti. Si per filios, vel
servos tuos sub tua potestate constitutos proximo
grave

grave damnum inferri scienter permittas; vel ne rat
impedias cum tamen facile possis; etsi directe nisi pr
intendas, mandes, vel consulas; Si animal tu qualite
canem, taurum, cervum, gravi culpâ custodire injus
gligens proximo damnum inferri sinas: & in bonis
similibus; omni jure & in omni foro contra ximi,
obligationem restituendi, seu compensandi dam ram in
illata; eaque obligatio etiam ante litis contestat stituer
nem, ad tuos hæredes transmittitur, juxta com 3. per
missimam DD. sententiam apud Molinam, *disputa* quoad
Laym. lib. 3. tit. 2. p. 1. c. 6. n. 3. Ratio clara an nin
Quia omnia ejusmodi damna, etiamsi directe ti, que
minime volita, & intenta, revera tamen tibi tura fu
voluntaria indirectè, in sua causâ à te voluntarie fuisset
sitâ, vel non ablata: qui enim voluntarie per spectat
vel non tollit causam, unde prævidet securum re, æ
fectum malum, vel damnum proximi, eò ipso reos;
directè censetur, imò convincitur velle ipsum ataten
elum malum, vel damnum proximi: ideò que rus era
huc verè censeris illa damna inferre proximo prioris
stè per culpam justitiæ Theologicam: grave lem h
consequenter in omni jure, & foro obnoxius expen
nes. Itaque tales tota sp
ginti a
adultâ.
quo ru
tos? C
stituen
destruo
atum:
inde pe

§ III.

*Tenantur restituere domino valorem rei, et
que fructus: Item omne damnum emergens
& lucrum cessans.*

188 **H**Æc omnia abundè patent ex latè dictis de
dò Assertionè 4. de restitutione injusta
ceptionis. Eadem omnino est ratio de restitu

ne ratione injustæ damnificationis: quæ nimirum, nisi prædicta omnia restituantur, non inducetur æqualitas, seu non tolletur inæqualitas, quæ per tuam injustam damnificationem proximo inducta est in bonis suis. Quod si damnifices, vel destruas rem proximi, alioquin certò etiam apud dominum perituram incendio, incursione hostium &c. qualiter restituere tenearis, in specie dictum est à n. 166. *Regula 3. per totam.* Hæc sola specialis est difficultas hic quoad pretium rei alienæ destructæ restituendum: an nimirum restitui debeat valor rei in statu præsentis, quo destructa est, an in statu futuro, quem habitura fuisset apud dominum, si per te destructa non fuisset. E. g. Occidis hodie equinum pullum, qui spectata spe futuri eventus, deductis expensis, labore, æstimatione periculi &c. valet vix decem aureos; idem verò equus, si pervenisset ad perfectam ætatem, quia erat generosæ stirpis, domino valiturus erat aureos centum; quo valore restitues? an prioris præsentis? an posterioris futuri temporis? Item hodie in Martio combuffisti segetem, quæ ob expensas, & pericula consueta futuri eventus, cum tota spe futuri fructus, iudicio experti viri, valet viginti aureis: at mensè Augusto, messe jam feliciter adultâ, certò valeret aureos ducentos, vel amplius, quo rursus valore restitues? an viginti, aut ducentos? Communis Sententia indistinctè affirmat, restituendum esse valorem statûs præsentis, quo res destructa est, nimirum decem pro equo, non centum: viginti pro segete, non ducentos, sive deinde per malitiam, sive per negligentiam mortaliter culpa-

culpabilem, directè, vel indirectè occideris equum
vel combusseris segetem. Ita D. Thomas 2.
2. 62. a. 4. Mol. *disp.* 726. n. 1. Less. *lib.* 2. c.
dub. 19. aliisque citt: Lug. *disp.* 18. *Sect.* 8. m.
Diana p. 3. *traët.* 6. *Miscel. resolut.* 6. Re
communis est: Quia iustitia solum obligat, &
git, ut restituatur, quantum ablatum est, ad æ
litate: sed tu per illam occasionem equi, vel
bustionem segetis, solum abstulisti, quantum
valebat equus, vel seges, nimirum aureos decem
vel viginti &c. ergò illos tantum teneris restitu
re, non amplius. Secluso tamen alio interese
damno emergente, vel lucro cessante domino,
que compensando; quod non negat hæc com
nis sententia: quæ tamen sic universaliter & in
stinctè proposita, non placet. Itaque

189 *Dicendum cum distinctione.* Aut enim restitu
fit (prout certè fieri debet, si possit) statim
damnificationem factam: & tunc omnino vel
mam iudicio communem illam Sententiam;
mirum restituendum esse valorem temporis
sentis decem, vel viginti, ob rationem datam.
quia tunc, accepto valore præsentis temporis,
terit sibi dominus facillè comparare alium simi
equum, vel aliam segetem: & sic planè servat
æqualitas. Si non compareret, sibi ipsi imputeret
non possit comparare, suo infortunio. Aut re
tutio fit primò tempore futuro, quando nimirum
equus, si extaret, jam valeret centum, seges du
tos aureos: & tunc omnino credo restituendum
esse valorem illius futuri temporis. Ita Salomon

aliisque cum Tamb. lib. 8. Decalog. tract. 3. c. 4.

§. 1. n. 10. Ratio urgens est: Quia tu vera injusta causa fuisti, cur dominus modo hoc tempore non habeat suum equum valentem centum, vel fetetem valentem ducentos; quodque domino cessaverit hoc lucrum: ergo hoc totum compensare debes, deductis tamen expensis, & aestimatione periculorum &c. Sicut si furatus fuisses domino pecuniam, v.g. centum aureos, nonne deberes eidem restituere, & pecuniam, & lucrum cessans, quod illa pecunia idem dominus interea per negotiationem justè acquisivisset? eadem, imò major est ratio in proposito casu: ergo &c.

Non tamen omninò displicet distinctio *Cardinalis de Lugo cit. loco.* Nimirum hoc verum esse, quando dominus antea nullam aliam pecuniam habebat, quâ talem equum emere, vel negotiari potuisset: tunc enim tu, qui abstulisti, vera fuisti causa damni sequentis: non item, si dominus tunc alienam pecuniam habuit, qua talem equum emere, vel negotiari potuisset: tunc enim non tu aufereus, sed ipse dominus negligens causa fuit sui damni secuti. Non, inquam, omninò displicet: sed neque omninò placet hæc distinctio: Quia intelligere satis non possum, te non fuisse veram causam hujus determinati, & specialis damni, quod emergit domino ab hoc individuo ejus equi, vel pecuniæ, quam surripuisti.

§. IV.

Si nulla culpa Theologica adsit; ad nihil tenetur in foro conscientia, nisi post sententiam

Judicis:

191 **C**ommunissima apud mox citandos. Ratio
 Quia si sine tua culpa Theologica gravi
 per te, sive per tuos filios, servos, animal, res
 ximi destructa, vel deteriorata est, nullum adde
 put restitutionis debitæ in foro conscientia.
 enim teneris ex re accepta; res enim supposit
 periisse. Neque ex injusta acceptione, vel dam
 ficatione; quia te nullam gravem culpam, seu
 lictum injustitiæ commisisse, supponimus.
 que ex pacto aliquo; quia etiam supponimus, p
 lum pactum v. g. custodiae, assicuracionis
 intercessisse. Neque ex constitutione legum civ
 um contraria mox alleganda: quia Leges illa
 cives cautiores, & diligentiores reddendos insti
 tæ, supponunt omissionem cautelæ, vel diligenti
 in ejusmodi damnis, ideoque propriè pœnales sunt
 atqui legibus pœnalibus omnibus commune est
 quod non obligent ad solutionem pœnæ ante ju
 cis sententiam, vel condemnationem, & in prop
 sito, vel ex eo manifestum est, quod post morte
 eorum, quorum culpâ civili tantum, citra dolum
 vel culpam Theologicam, damnum illatum, ac
 adversus hæredes non concedatur, nisi lis antea
 contestata fuisset; ut habetur in jure multis locis.
 Atque ita contra *Angelum, Covarruviam, Dianam*
 aliosque nonnullos docet communissima *DD.*
nocentius, Abbas, Sylvest. aliisque citat. *Mol*

disp. 698. n. 6. Less. lib. 2. c. 7. dub. 6. & c. 9. dub. 17. Laym. lib. 3. tract. 3. p. 1. c. 6. n. 2. Lugo cit. In foro autem externo, ob rationem jam in-
finuatam, quisquis ex culpa etiam civili, latâ, levi,
levissimâ, damnum alteri dedit, ad ejus integram
compensationem compelli potest per actionem le-
gis Aquiliæ, de damnis datis ff. & instituitur: aa Legem
Aquiliam.

Exempla. Si inconsulto aliquid è domo eje- 192
ceris, effuderis: Si candelam ardentem extingue-
re, feram includere, canem alligare oblitus sis, unde
damnum proximi rebus evenerit: Item, si cujus
servus, animal vel damnum dedit, etsi ignaro domi-
no, nihilominus compellitur ad damnum compen-
sandum; vel mancipium, aut animal noxæ dan-
dum, unde & actio noxialis dicta est. Item, ut
nauta, caupo, stabularius teneatur de damno dato
à famulis, vel iis, quorum opera usus est *L. ult. ff. Nauta, caupones, stabularii &c.* Hæ, inquam, Le-
ges similes, quamquam justæ in foro externo, in fo-
ro tamen conscientie non obligant, nisi post sen-
tentiam Judicis, quâ legitime latâ, jam erit obliga-
tio, etiam in foro conscientie, ut omnes agnoscunt.
Leges enim justæ possunt ob publicum bonum de-
cernere, ut aliquid, etsi tua culpa non præcesserit, a
te solvatur, vel compensetur post sententiam, ad
quod ante illam nequaquam in conscientia obliga-
baris.

Ex dictis resolve hunc casum, & disce solvere si- 193

miles. Titius facem, seu lumen ferens ingressus

M 2

est

est domum Petri, animo furandi ejus pecunia
sed casu, & præter ejus intentionem ac culpam
quam eadem faculâ incendit aulæa, vel aliam sup-
lectilem: deinde exiens domo Petri reliquit jan-
am apertam, unde factum, ut eadem nocte ingre-
alii fures, furati sint duos equos. Quid hic ten-
tur restituere Titius fur & dupliciter damnificatus
indirectè? De furto pecuniæ res est liquida: Quæ
damnificationem illam indirectè factam. *Respon-*
detur, Titium non teneri restituere pro aulæa
vel supellectili illa casu combustis, sed bene pro
equis ab aliis furibus abductis: Ratio discrimina-
patet ex hæcenus dictis: quia combustio illa su-
pellectilis fuit omninò involuntaria, & casualis
Titio, absque ulla nova culpa Theologica; quæ
pè nec prævisa, nec prævideri debita: cum præter
re faculam ex se communiter non sit periculosa
ad causandum incendium: ideòque non possit
ci causa per se combustionis, & ideò Titio, tam
quam indirectè voluntariò ad culpam gravem
imputanda.

184 At verò, quia commune, & ex se periculosa
est, quòd apertâ domo noctu ingrediantur fures
ideò Titius, qui domum apertam voluntariè re-
quit, censetur causa voluntaria damni illati in fur-
equorum, quippe prævisi, vel prævideri debiti, id
que ad illius damni restitutionem erit obligandus.
Ita ex communi Lugo citandus.

185 At: Quid si Titius eo casu, præter intentionem
suâ faculâ incendisset illam ipsam vestem, vel me-
sem, quam surripere intendebat? Respondet Lugo

sect. V. De restitut. ex injusta damnificatione. 181

tom. I. de justit. disp. 18. sect. 4. n. 88. cum distinctione, siquidem illam vestem, vel mercem jam furatus est, & jam apud se detentam incendit: omnino obligabitur ad ejus valorem restituendum: quia statim atque illas apud se detinuit, contraxit obligationem restituendi ex injusta acceptione, quomocumque deinde apud se eas perire contingerit. At verò, si antequam eas surripuerat, adhuc apud dominum existentes, sic casu, & præter omnem intentionem, vel advertentiam, adeoque citra culpam Titij incensa sunt, non contraheret is obligationem restituendi in foro conscientiae, quia tunc merè per accidens, & omnino involuntaria fuit furi incensio, quia non incendere, sed furari intendit. Et hætenus de damnificatione positiva. Jam quoad damnificationem negativam, seu impeditionem alicujus boni debiti, vel conferendi, sequitur.

A S S E R T I O VI.

Qui impedit alterum à consecutione alicujus boni, jam ex justitia commutativa aliquo jure debiti, quovis modo: aut etiam ex libera voluntate alterius conferendi, per vim, vel dolum: tenetur ad restitutionem illius boni secundum estimationem juris, vel spei habita ad illud bonum consequendum: Secus, si sine vi, vel fraude impediatur: esto ex interno odio, vindicta vel expressa intentione nocendi sic faciat. Communis DD. ut patebit explicacione.

*Qui impedit à consecutione alicujus boni, jure
ex justitia commutativa aliquo jure
debiti.*

197. **S**eu ad quod alter jam aliquod jus habet, seu perfectum, & jus in re, nondum tamen ad illud in ta possessione; ut si impediās aliquem a consequendo beneficio sibi jam collato, & confirmato, à consequenda donatione mortis causā, aut capienda hæreditate jam adita post mortem Testatoris, solutione debitorum, vel restitutione ablatorum, &c. Aut jus imperfectum, seu jus ad rem tantum: ut, si impediās aliquem a consequendo beneficio, vel officio, ad quod jam acquisivit jus perfectum, seu jus ad rem per legitimam electionem, vel præsentationem, etsi nondum perfectum per collationem, & confirmationem: à consequendo legato post mortem legantis: à consequenda promissa acceptata ex quocunque contractu; seu gratuito, ut donatione, legato, commodato; seu oneroso, ut emptione, locatione &c. *Quovis modo*, sive cum, sive absque vi, vel fraude impediens, sive directā, sive indirectā, sive etiam nulla intentione nocendi alteri: dummodo non adsit justa causa impediendi utpote, si beneficium, vel officium conferendum esset manifeste indigno. Talis, inquit, impediens: 1. Peccat contra justitiam, secundum omnes: Ratio clara est ex terminis; quia iniuste violat jus alterius, qualecunque sit jam acquisitum ad illud bonum consequendum. 2. Tenetur ad restituendum.

stitutionem damni injustè illati. Communissima cum S. Thoma 2. 2. p. 62. a. 2. ad 4. Navar. in man. c. 17. n. 69. Molina disp. 727. concl. 2. Laym. lib. 3. tract. 2. c. 7. n. 1. Lugo disp. 18. Sect. 5. n. 8. Ratio itidem patet: quia violatio justitiæ commutativæ semper inducit obligationem restituendi: atqui talis impediens verè violavit justitiam commutativam auferendo bonum alterius: id nimirum, ad quod alter jam jus aliquod habuit, ut prædictum & exemplificatum est: ergo &c. 3. Et siquidem impediatur alterum à consecutione boni, ad quod jam alter jus perfectum, & *in re* habuit, sed nondum executione mandatum per possessionem illius boni, ferè totum damnum compensandum erit, reddendo scilicet, vel ipsum beneficium, hæreditatem &c. aut ejus valorem, detracta tamen æstimatione possessionis nondum habitæ, quæ etiam est pretio æstimabilis: quia jus *in re* ante possessionem adhuc periculo subest, ideoque minus valet, quàm ipsa res possessa, minoremque injuriam infert impediens jus in re tantum, quod res nondum est perfectè alterius, quàm auferens aliquam rem, quæ est perfectè alterius. 4. Si verò impeditur à consecutione boni, ad quod habuit jus imperfectum, & *ad rem* tantum, nequaquam tenetur compensare totum damnum: v. g. totum beneficium promissum, & præsentatum tantum, sed solummodo partem, seu æstimationem illius juris, & spei consequendi illud bonum, majoris, vel minoris, prudentis, & probi viri arbitrio. Communissima. Etiam Scotus 4. dist. 15. q. 2. a. 2. n. 40. §.

Ad ultimum dico similiter, quod iste tenetur restituere beneficium, non totum, quia multum interest inter habere, & prope esse, sed aliquam portionem correspondentem alicui parti valoris beneficij. Sic Scotus. Ratio patet ex modò dictis, quod multò minus valet jus ad rem, quàm jus in re ad rem dum ipsâ possessâ.

198 II. Dixi autem: à consecutione boni ex justitia commutativa debiti. Nam quoad impediens alium à consequendo bono ex sola justitia distributiva debito: utpotè verè dignum, aut digniorem consequendo. V. g. beneficio aliàs ab Episcopo vel Principe liberè conferendo: quia eligendus est, quantumvis dignus, dignior, aut dignissimus nullum tamen adhuc habet jus strictum, & proprium ad illud bonum, beneficium, vel officium conferendum, sed solum debitum aliquod morale: ideo quoad hos impediens; eodem modo dicendum, & distinguendum est, sicut mox §. sequenti dicetur, & distinguetur de impediens alium à consecutione boni non debiti ex justitia, sed liberè conferendi.

199 III. Interim apud omnes in confesso est, eum qui zelo bono, & sine vi, vel fraude impedit alium à consecutione boni indebitè, ac injustè, vel vitiosè conferendi, v. g. impediens Petrum verè indignum, & ineptum à collatione beneficij: aut ne consequatur injustam hæreditatem, aut legatum injustum, etiam si vera ejus crimina occulta illius mandantes collatori, vel testatori ad eum finem impediendi, talem nec peccare, nec restitutioni obnoxium

xium fore, quin potius laude dignum, & merito: quia maximè interest Reipublicæ, & Ecclesiæ officia non conferri indignis, neque ad illa ullum prorsus jus habent indigni. Quin etiam interest bono communi, ne bona relinquuntur iis, qui eis abutuntur. Quodsi idem facias ex odio, vel vindicta, vel cum vi, vel fraude, aliòve simili peccato, peccas quidem contra Charitatem, vel aliam virtutem, sed quia non peccas contra justitiam in proposito, ad nullam obligaris restitutionem. Si denique talem impediatis apud alios injustè infamando, peccas quidem contra justitiam, injusta læsione famæ alterius, hancque restituere obligaris, sed nihil pro bonis illis indebitis aliòquin conferendis: ut in materia beneficiorum mox iterum dicam cum distinctione §. sequenti.

IV. Similiter econtra certum est apud omnes 200 eos, qui perverso, & iniquo affectu digniores vel vere dignos impediunt quovis modo à consecutione beneficii, officii, vel alterius boni conferendi, curantque conferri patenter indignis, peccare gravissimè, & ad restitutionem obligari, non quidem illis dignis, vel dignioribus impeditis, cum illi nullum adhuc jus ad ea bona habuerint, sed Ecclesiæ, vel Reipublicæ pro damnis consecutis: huic enim solum non autem illis damnum injustum illatum est, juxta dicta c. 1. §. 3. Quo quidem casu Reipublicæ, vel Ecclesiæ primo loco restituere tenetur ipse indignus habens beneficium, vel officium. Secundo loco Collator. Tertio loco tu, qui suasor, vel promotor fuisti. Quodsi nullum damnum se-

cutum est Reipublicæ, vel Ecclesiæ, huic ad huc
 cienda est restitutio fructuum perceptorum ab
 digno: quia illud, quod est propria sustentatio
 ministri idonei, contra voluntatem Ecclesiæ, vel Re-
 publicæ, adeoque injustè, & irritè datur indigno.
 Quòd si sine vi, vel fraude procurasti, ut, relicto
 digniore, conferretur minùs, tamen verè digno;
 relicto uno digno, alteri æquè digno, jam ad
 obligaberis. Non enim illi digniori, vel etiam
 digno relicto, hi enim non habent jus justitiæ,
 pra verè, vel æquè dignos. Non Ecclesiæ, vel Re-
 publicæ, quia & his non facta est injuria, dum æquè
 dignum acceperunt: ergo &c. Si autem per vim
 vel fraudem sic facias, jam obligaberis restituere
 digniori, vel æquè digno impedito juxta propo-
 sitionem spei, quam habuit illud beneficium, vel offi-
 cium consequendi: nam ille dignior, vel æquè
 dignus gaudet jure, ne malis artibus impediatur,
 mox generaliter dicam §. seq.

Denique si aliquem dignum quomodocumque
 etiam vi, vel fraude impedas, ut beneficium, vel
 officium conferatur manifestè digniori, jam liquet
 do ad nihil teneberis: quia dignus licèt, non tamen
 habet prorsus ullum jus respectu dignioris: quia
 illum impediendo, & hunc promovendo, rectè
 agis juxta intentionem Ecclesiæ, vel Reipu-
 blicæ volentis dare beneficia, vel munera
 dignioribus, ita exigente justitia
 distributiva.

§. II.

*Aut etiam ex libera alterius voluntate confe-
rendi per vim, vel dolum.*

Qui impedit alium à confeccutione alterius bo-²⁰¹
ni, etfi minimè debiti ex iuftitia ob aliquod
ius acquifitum, fed ex libera & determinata jam vo-
luntate alterius conferendi, aut per vim, vel metum
cogendo vel collatorem ad non conferendum, vel
alterum ad non acceptandum: aut per dolum, vel
fraudem, mendaciis, detractationibus, criminationi-
bus falſis &c. tenetur ad compenſandum damnum.
Non totum quidem, quia nullum adhuc jus habuit,
fed partem, ſecundum proportionem certitudinis,
probabilitatis, vel ſpei habitæ illius boni confequen-
di. Communiffima DD. cum ita intelligendis D.
Thom. & Scoto ll. cc. Navar. Tolet. Medina Valen-
tia, aliisque congeſtis Molina diſp. 727. n. 7. con-
cluſ. 3. Leſſius c. 14. dub. 18. aſſert. 1. Laym. cit.
c. 7. n. 3. Lugo cit. Seft. 5. Ratio eſt, quia talis im-
pediens inferit alteri damnum per veram injuriam.
Nam licet Petrus v. g. nondum ullum habeat jus
ad illud bonum, beneficium, donum, ab altero gra-
tuità voluntate conferendum, habet tamen verum
jus illud ab alio petendi. ſperandi, & obtinendi, at-
que ne in hoc ipſo alius injuſte, vi, vel dolo, men-
dacio, aliàve actione injuſta impediatur: ergo talibus
modis ipſum impediens peccat contra juſtitiam
lædendo jus alterius, ideoque obligabitur ad com-
penſandum damnum ſecundum dictam propor-
tionem certitudinis, vel ſpei habitæ ad bonum illud
con-

189 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap.*
consequendum, juxta prudentis arbitrium. Pe-
cant ergo gravissimè, & prædictis modis ad restitu-
tionem obligantur.

202 I. Qui Episcopum, vel Principem jam rebus
tum ac determinatum alicui conferre beneficium
vel officium, vi vel metu cogunt, aut dolo, me-
diis falsis criminationibus, persuadent, ut non
cum tamen reverà dignus esset, sed sibi, vel alii
conferat. Ratio jam data est. Idémque dicendum
simili vi, vel fraude impediatis alterius digni proce-
torem, tabellarium &c. ne pro suo principali age-
possit, sicque ipsum ab officio, vel beneficio ex-
cludas: ut latè videre potes apud Lugo *citata* 18.
18. Sermo autem est de impediendo dignum
nam si ille prior non erat dignus, non peccabis, sed
restitutionis onus contrahes, quin aliquando ex-
dies, aliqua occulta ipsius crimina indignitatem
ferentia ipsi soli collatori aperire, (ut ex com-
muni patebit in octavo Præcepto) Ratio est: Quia
quando agitur de beneficiis, vel officiis, cuiuslibet
est jus patefaciendi ea, quæ minus habilem hono-
nem faciunt: nam propterea tunc solent capi in-
formationes. At quid si prodas aliis, ac publica-
talem, occulta ejus crimina propalando, infamiam
Certum est, te postea teneri ad restitutionem famæ
non autem teneberis ad restitutionem valoris
officii, vel beneficii impediti, quippe quo indignus
erat, ut supponitur. Limita tamen cum *Lessio*
Si talis excludatur, vel repellatur ex vi commissi
minis. Nam si excludatur ex vi infamiae per publica-
tionem causatae, adhuc teneberis ei vale-

rem spei suæ compensare, Ratio est: quia ibi excluditur à suo crimine; hinc autem à tuo tantum.

II. Quicumque testatorem per vim vel fraudem²⁰³ impediunt, ne testamentum condatur, ut ipsi in hæredes succedant; aut testamentum mutet, in quo hæredes jam scripti erant; aut volentem aliquem hæredem instituere, aut legatum alicui relinquere, non solum fraude, mendaciis, criminationibus contra alium, (aliquando etiam Religiosos) sed etiam importunis precibus, suasionibus, blanditiis, molestando impediunt, ut saltem ad le molestiã liberandum, cogatur testamentum mutare, & sibi, vel suis relinquere. Verè enim peccant contra justitiam injustis ejusmodi mediis alios à consecutione ipsis destinati boni impediendo; ideòque proportionaliter ad compensationem damni illati obligati manent. Dolendum hic etiam Religiosos contra Religiosos reos fieri. Item huc etiam spectat, si Notarios, vel Consiliarios à moribundo eos vocante avertas, ne scilicet is testamentum, vel legatum in alicuius favorem condatur. Si testatorem volentem disponere in favorem alicujus, tu falsa spe sanitatis, vel longioris vitæ à testamento condendo distrahas. *Ratio:* Quia talia tacere, est per fraudem, vel vim atque adeo injustè impedire proximum, ne bona liberaliter danda ab aliis consequatur. Quo etiã spectat vehemens persuasio mariti, & metus probabilis incussus uxori testaturæ, si convalescat durius habenda à marito, nisi in testando ejus voluntatem sequatur in sui, vel suorum commodum, & impediendum aliorum, quibus aliàs erat testatura, præsertim ad
pias

pias causas, & pro salute animæ suæ, ut ex Molino
notat Laym. cit. c. 7. Quibus & similibus casibus, imponitur
ratio aliquid involuntariè agendi, & obligatio restituendi aliis à bono sibi destinato
peditis.

204 III. Qui vi, fraude, mendaciis, & criminationibus apud dominos locaturos impediunt opifices & operarios, vel famulos ab opere, vel servitio, quo erant lucraturi; mercatores ab emptionibus &c. Qui simili fraude Magistris abstrahunt discipulos, & ad se, vel alios atrahunt: Judices iniuste detinentes opifices, & operarios, ne operis suis interrim lucrari possint. Item iniuste impediunt veros mendicos, ne mendicando necessaria sibi acquirere valeant: quia licet non habeant jus exigendi eleemosynas tanquam sibi debitas, habent tamen jus eas petendi, & accipiendi, si dentur, & in hoc iniuste ab alio impediuntur. Huc reducitur quod in quinto præcepto quæri solet: obligari mirum ad restitutionem eum, qui tuum beneficium rem occidit, eâ directâ intentione, & motivo, ut ejus beneficiis, vel eleemosynis privet. Dicta maximè vera sunt, quando eleemosynæ dantur certis, & determinatis personis huius civitatis, & conditionis, studiosis, pauperibus domesticis: hos quomocunque, cum, vel sine vi, vel fraude impedi-
dias, peccas, & ad restitutionem obligaberis: quia tunc illi singuli habent jus ad eleemosynam, & ex voluntate ita disponentis ea debetur.

205 IV. Qui iniuste aperit literas alterius, ex quibus intelligit, eum beneficium consecuturum, & negotiatione lucraturum &c. & postea impedit,

sibi acquirat, etiam absque alia fraude, vel dolo, peccat contra justitiam, & damnum juxta proportionem certitudinis; vel spei habitæ ad illud bonum consequendum; compensare tenetur. Uti contra *Dianam* recte resolvit *Lugo cit. disp. 18. sect. 5. n. 104.* Ratio est: Quia hoc ipso, quod injuste aperuit alterius epistolam clausam, dolose egit, ideoque tenetur ei ad compensandum damnum inde secutum sive ab ipso aperiente, sive ab alio tertio illatum: quale damnum sine dubio est impedimentum à bono sibi destinato, vel sperato consequendo. Clarioris doctrinæ, & praxis, gratiâ, accipe unum, aut alterum casum factum, non fictum authenticè resolutum, & ex istis discere solvere innumeros.

Lugo Respons. Moral. lib. 5. dub. 10. refert hunc casum. Titius litteras destinatas Joanni à bono amico, & significantes vacaturâ præbendæ mille ducatorum, sciens dedit Paulo amico suo: hic litteras aperuit, & pinguem præbendam ipse impetavit, prævento, & impedito Joanne. Quid nunc de Titio? Quid de Paulo, quoad restitutionem? Quoad Titium distinguendum est. Aut enim Titius ex officio, vel pacto tenebatur litteras tradere Joanni: & tunc peccavit contra justitiam tradendo eas Paulo, & tenetur ad restitutionem totius damni. Aut non tenebatur ex officio, vel pacto, sed gratuito solum ex amicitia, vel precariò accepit litteras tradendas Joanni: & sic peccavit contra Charitatem, & fidelitatem, & ad nullam obligatur restitutionem. Quoad Paulum verò etiam distinguendum est: Paulus enim solum detinendo illas litteras

litteras, solum peccasset contra Charitatem, enim is tenebatur Joanni reddere ex justitia: si ergo ipsa sola detentio fuisset causa damni illati, & impediti commodi tanti, & apertio, ac lectio nihil amplius damni causasset, nulla erit obligatio restitutionis utpote, si Paulus aliunde rescivisset vacaturam illam præbendæ, & ideo litteras illas, ut suspectas detinuisse. At verò Paulus peccavit contra justitiam si ipsa apertio, ac lectio fuerit vera causa damni illati, utpote, quia apertio fuit causa detentionis, quæ litteræ non reddantur Joanni; sive, si Paulus per hanc lam furtivam notitiam ex litteris apertis non prævenisset, Joannes aliunde acceptam notitiã adhuc illam præbendam impetrasset: utique Paulus tenebitur ad restitutionem damni illati, idque juxta taxam, & æstimationem, arbitrio boni viri, promeasura probabililatis ac spei, quam Joannes habebat illam præbendam consequendi, & fruendi, si litteræ illæ apertæ non fuissent: aut securius per interceptæ personæ compositionem ad tollendos scrupulos, eo casu intricatissimos; sic latius Lugo

207 Lessius *lib. 2, c. 12. a. n. 130.* refert, & refert hunc alium similem casum, Petrus aperuit litteras directas Paulo mercatori ab amico, significantes superventuram frumenti penuriam magnam. Unde Petrus Paulum præveniens frumentum copiam ingentem currente vili pretio coemit, postea magno pretio, & ingenti, lucro venditurus Paulo ab eo lucro impedito: Obligaturne hic Petrus ad restitutionem? Respondet Lessius *ibidem* ita distinguendo. Si Petrus omninò detinuit litteras

Señ. V
littera
peccav
secutu
vel mo
verò e
lo, ip
ad rest
pore P
negoti
etè, &
Pauli.
6. q. 1
tioni P
fecisse
ventio
ego af
Tamb
in sine
Sylv
contigi
Alexan
aromat
de colle
legit;
vili pre
præripi
fecerit
Affirma
lius neg
Laym.
Cum es
TH

Sect. V. De restitut. ex injusta damnificatione. 193

litteras, aut non consignavit tempestivè Paulo, & peccavit, & tenetur ad restitutionem: Quia Paulo secutum est damnum directè ex illius detentione, vel morosa consignatione illarum litterarum. Si verò Petrus tempestivè satis consignavit litteras Paulo, ipse quidem Petrus peccavit eas aperiendo, sed ad restitutionem non tenetur: Quia cum eo tempore Paulus potuisset adhuc sufficienter se applicare negotiationi, aperiatio litteratum remotè, indirectè, & per accidens tantùm se habet ad damnum Pauli. Sic *Lessius* approbante *Francisco Bardi lib. 6. q. 15.* quando ita se potuisset applicare negotiationi Paulus, ut integrè intra illud tempus eam perfecisset, & suâ causâ non perfecit, & non ob præventionem Petri. Quâ limitatione adhibitâ & ego assentior: alioquin meritò ambigerem cum *Tamburino lib. 8. Decal. tract. 3. cap. 4. S. 2. n. 5. in fine.*

Sylvester v. Emptio. q. 17. narrat hunc casum **208** contigisse Venetiis. Mercator acceptas litteras ab Alexandria, significantes de superventura penuria aromatum, laceravit, & abjecit in foro: has deinde collegit alius Mercator, & partibus conjunctis legit; tum magnam aromatum copiam currente vili pretio coëmens, alterum prævenit, & lucrum præripuit. Quæsitum est, an secundus Mercator fecerit injuriam primo, & restituere obligetur? Affirmavit *Rebellus p. 2. l. 9. q. 7. n. 9.* Sed melius negat ipse *Sylvester loc. cit.* eumque secutus *Laym. lib. 3. de just. tract. 3. p. 1. c. 4. n. 4.* dicens: Cum enim mercator ille litteras in publicum abje-

cit, & veluti pro derelictis habuit, hoc ipso om-
 bus fragmentorum illorum potestatem, ac ubi
 concessisse censetur, ut proinde quisque in futu-
 commodum iis uti potuerit. Igitur rectè resolu-
 ibid. *Sylvester*. Si quis litteras in publicum locum
 abjectas legat, solùm ut sciat, curiositas est; si, ut
 bi provideat, commodisque suis studeat, humanitas
 non vitiosa prudentia est. Ita cum *Sylvest. Laym.*
 rectè tamen notans ibidem. Si litteris abjectis
 aliquid occultum quis legat, eum peccare contra
 Charitatem, imò & contra justitiam, si illud alii
 vel alteri manifestet, unde damnum injustum alii
 contingat. Quemadmodum si Titio hominem
 quærenti ad necem injustam, tu ostendas locum
 ubi latitat, homicidio cooperari censeris. Tandem
 meritò monet *Tamb. lib. 8. traet. 3. c. 7. §. 1.*
n. 16. non excusandum esse à dolo, & consequen-
 ter injustitiâ illum, qui legeret litteras alterius, quod
 in iis circumstantiis invenit: ut certò moraliter
 dicet, non esse consultò derelictas, sed casu, &
 voluntariè, aut certè velle secretas manere: tunc
 enim dominus non poterit censeri eas pro derelictis
 ctis habere, earumque usum liberum aliis reliquisse
 ideòque non militabit ratio excusationis, in dolo
 casu allata à *Laym.*

§. III.

Secus, si sine vi, vel fraude impediat.

209 **Q**ui impedit alium à consecutione boni
 debiti ex justitia, sed ex gratuita alterius
 uitate, etiam jam omninò determinata, attamen

sine omni vi, fraude, mendacio, solis communibus mediis persuasionis, consilii, precum &c. idque maximè in suum, vel suorum duntaxat commodum, absque ulla intentione offendendi, vel damnificandi alterum, vel alios, is non peccat contra justitiam, nec ad ullam restitutionem obligatur.

Communis DD. *Cajetanus, Paludanus, Sylvest.*

Navar. aliique cit. *Molina disp. 727. concl. 1.*

Less. lib. 2. c. 12. dub. 18. Laym. lib. 3. tract. 2.

c. 7. n. 1. Lugo cit disp. 8. sect. 5. n. 93. Ratio est:

Quia talis utitur jure suo, quod habet ad alterum

perluadendum in sui, vel alterius utilitatem: neque

alter impedito, vel prævento ullam infert injuriam,

cum is ad illud bonum sibi destinatum, nullum ad-

huc jus acquisierit; adeoque sicut collator absque

ejus injuria poterat liberè mutare voluntatem suam,

ita sanè alius sine illius injuria potest collatorem in-

ducere ad mutandam voluntatem suam: tandem

supponitur illud fieri nullo injusto medio, vi, frau-

de, mendacio &c. ergò non peccat contra justitiam.

Non ergo peccat contra justitiam, nec restituere **219**

quidquam obligatur, qui Episcopum jam determi-

natum ad Ecclesiasticum beneficium alicui confe-

rendum, suasionem, vel precibus eò perducit, ut sibi,

vel alteri etiam minùs digno conferat, uti contra

plures rectè docent *Navar. c. 17. n. 72. Sotus, To-*

letus, Sa, alii cum *Lessio, Lugo, Laym. cit. n. 2.*

Omninò enim est eadem ratio. Item, qui collato-

rem suam, vel precibus movet, ut officium, lega-

rum, donum gratuitum &c. non ei, cui jam desti-

natat, sed sibi, vel alteri conferat, (imò accedente

196 *Tract. IV. Prælim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. I.*
justâ causâ, & rectâ intentione, v. g. quia alter, cui
bonum illud destinatum erat, minus indiget, magis
dignus est, aut eo abusus esset &c. bonum
opus erit ita impedire. Idemque dicendum in aliis
teris casibus §. præced. N. I. II. III. allatis. Neque
obstat: quod collator jam determinatus erat animo
huic, & non alteri conferre: eâ enim voluntate
nullum adhuc jus in alterum transtulit, & sine
injuria poterat illam voluntatem mutare per se, vel
ego etiam suadente, vel inducente alio. Neque
etiam his obstat dictum Aristotelis 2. *Physicom.*
c. 5. Quod parum distat, nihil distare videtur.
adeoque posse eum dici infortunatum, cui parum
defuit, ut aliquod bonum consequeretur, quod
intellectus concipit illud, ac si jam esset, & parum
consecutus non est; hoc enim intelligi debet in
ordine ad effectus naturales gaudii, vel tristitiæ in
casu: non item in ordine ad effectus morales
juridicos: plurimum enim distant spes proxima
res ipsa. *Plurimum distat, qui proximus fuit
eligeretur Papa à vero Papa electo de facto,* ait
go cit. n. 94. forte expertus loquens.

211 Tandem si ex bono zelo, & prudenti consilio
jusmodi facias, nec peccas, nec restitutioni es
noxius: quia ubi nulla est culpa, ibi nulla debet
pœna: & prudens consilium non est restitutum
pœnâ mulctandum: quin etiam in specie necesse
cant, nec restitutionis obligationem contrahunt
Religiosi, qui ex recto zelo salutis Testatoris
suadent, ut potius aliis, quàm Ecclesiæ matrici
na relinquat: non obstante *Clementina 1. de pœn.*

legiis, sub excommunicatione, & mortis aeternae
comminatione prohibente Religiofis, ne, dum in-
terfunt testamentis condendis, retrahant testatores
à legatis faciendis matricibus Ecclefiis, fed sibi po-
tius, vel fuis monafteriis conferendis. Est enim præ-
ceptum pofitivum pro illo casu particulari dunta-
taxat conditum ad pacem inter Clericos, & Religio-
fos confervandam, & neceffariò aliquam faltem
imprudentiæ culpam fupponens: bona autem, &
prudencia confilia fub tam gravi pœna certè prohi-
beri non poterunt, ut notant *DD. mox citandi*.
Sed esto Religiofos, qui fe in hoc imprudenter, &
culpabiliter gerunt, peccare graviter, & excommu-
nicationis reatum incurrere: attamen feclufa vi, vel
fraude ad nullam obligabuntur reftitutionem, fal-
tem ante Judicis Ecclefiastici Sententiam: quia in
Canone allegato hæc pœna non apponitur. Ita
Sanch. ex profeffo *lib. 2. confil. c. 1. dub. 49. n. 28.*
Lugo loco cit. *Tamb. l. 8. tr. 3. c. 4. §. 2. n. 4.*

§. IV.

*Est etiam ex odio, vindicta, aut expressa in-
tentione nocendi ita faciat.*

Etiam hunc peccare contra justitiam, & ad re-212
stitutionem obligari, qui ex odio, vindicta,
aut expressa nocendi intentione alium impedit à
consecutione alicujus boni non debiti ex justitia,
seclufa tamen omni vi, vel fraude, affirmant *Richar-
dus, Paludanus*, alii antiqui; & videntur docere
ipfi principes *D. Thomas 2. 2. q. 62. art. 2. ad 4.*
Et omninò *Scotus 4. dist. 15. q. 2. art. 4. §. Ad*
N 3

198 Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. 2.
ultimum dico similiter. n. 40. Pono ejus verba
tenetur restituere beneficium &c. si directè ab ipso
sibi beneficium intentione damnificandi eum; si
tem indirectè, scilicet procurando sibi ipsi, & cum
etiam damnificare alium intendebat, tenetur, ut
xi. Sed si tantummodò propria utilitati intendit
providere, & sic procurat sibi, & ex consequenti
lius præter intentionem illius damnificatur, ipse
nihil tenetur illi: quia licet unicuique providere
ipsi, alio neglecto. Confirmatur hoc per illud L.
§. idem ajunt: ff. De Aqua pluvia arcenda. Si
scindo venas in fundo meo, per quas derivatur
aqua ad puteum alterius, intentione nocendi
neor ad restitutionem damni: Sed si hoc facio
fraude, intendens consulere utilitati propriae,
quia mihi est utile facere murum, qui non potest
venienter fundari, sine præcisione venarum illarum,
non damnifico alium: quia jus habeo faciendi
tatem meam in fundo meo &c. Hæc & plura
tus. Adde etiam in plerisque aliis casibus solam
tentionem pravam nocendi inficere opus contra
stittiam, quod sine tali intentione non esset con
tra justitiam. E. g. Mulier prægnans sumit
medicinam in infirmitate gravi: si sumat ex
motivo sanitatis, non est homicida, secuto abortu
si tamen intendat occisionem prolis, est homicida.
Idemque est de Medico procurante talem medicinam.
Item gladium apud se depositum alteri reddens
suro reddens, animo reddendi depositum tantummodo
et si sequatur occisio, non erit homicida: si autem
reddat intendens occisionem futuram, erit homicida.

cidii particeps. Item in mutuo accipiens aliquid ultra sortem datum, ut debitum putatum, animo tamen accipiendi, ut gratis oblatum ex gratitudine, non erit usurarius; si verò accipiat cum intentione tanquam sibi debitum vi mutui, erit usurarius, & restitutioni obnoxius, & sic in aliis. Ergo similiter in proposito impediens alium à consecutione alicujus boni ex odio, & directa intentione nocendi, vel damnificandi alium, peccabit contra justitiam, & restitutionis reatum contrahet, etsi secus eam intentione nocendi, sed solum sibi providendi gratiam impediens, nec contra justitiam peccet nec obligationem contrahat, Sed his non obstantibus:

Vera est communis Sententia opposita negans²¹³ eo etiam casu obligationem restitutionis. Ita Sotus Navar. Molina, Sanchez, Less. Laym. ll. cc. & Tamb. cit. n. 4. testans hanc esse communem Theologorum, & Canonistarum sententiam. Ratio manifesta est: Quia quando ipsum opus ex se, & objecto suo non est contra justitiam eò, quòd nullum lædat jus alterius, neque intentio interna prava lædendi alterum faciet, ut sit contra justitiam: sola enim intentio interna nocendi, absque externa læsione juris alterius non est contra justitiam, nisi solum in affectu, quod idem est, ac contra Charitatem, ex qua nulla oritur obligatio restitutionis: atqui impedire aliquem à consecutione alicujus boni non debiti ex justitia, sed ad quod alter nullum adhuc jus habuit, ex se, & objecto suo non est contra justitiam, si id fiat absque prava intentione nocendi secundum omnes, etiam adversarios: ergo etiam

intentio ipsa prava nocendi, vel lædendi alterum non faciet, ut sit contra justitiam, nec consequenter inducet obligationem restituendi. *Scotus* dicitur Etè explicat *Cavellus Scholiastes* de intentione lædendi, seu damnificandi proximum per fraudem sicut & lex illa de incisione canalis, solum in foro externo concedit actionem de dolo: ut ostendit *Molina disp. 709.* Sed concedendo illud, & omnia reliqua exempla allata, ratione intentionis prave nocendi fieri peccata contra justitiam. Ad propositum negatur consequentia, & paritas, hæc univèrsali assignatâ Regulâ disparitatis. Quotiescunque opus aliquod ex objecto suo, vel in iis circumstantiis, non est læsivum alicujus juris alterius, ita sine injuria possit id quis illi directè velle, tunc etiam intentio prava nocendi non facit, ut sit contra justitiam cum onere restitutionis, ob rationem modo datam.

214 I. Exempla sunt: si judex reum morte dignum capite plecti jubeat, licet ex odio & pessima intentione vindicandi, vel damnificandi faciat, non tamen peccat contra justitiam: quia actio ipsa in iis circumstantiis, non est læsiva juris alterius. Item qui proximo in gravi necessitate constituto, ex mero odii malignità, & pessima nocendi, ipsumque affligit cupiditate; subsidium negat, non ideò peccat contra justitiam, nec aliquid restituere tenebitur, quocumque etiam secuto damno. Quia ea actione nihil læsit jus alterius; & ita in similibus, Eadem ipsissima ratio est in proposito de eo, qui similibus pravâ nocendi voluntate impedit alterum à consecutione boni ex justitia non debiti.

II. Quando verò opus ex natura sua, vel in his²¹⁵ circumstantiis est læsivum juris alterius, ut quis ei illud directè velle non possit, tunc, etsi habeat quis jus exercendi illud opus in suum commodum, permittendo indirectè alterius damnum; intentio tamen prava nocendi, vel damnificandi alterum, faciet illud opus esse contra justitiam cum obligatione restituendi damnum secutum. *Ratio est*: Quia ad obligationem restituendi requiritur, ut damnum à te procedat ut causa: ad hoc autem, ut damnum à te procedat ut causâ, requiritur intentio damnificandi, quando opus tale est, ut in tuum commodum jure exercere potuisses: si ergo tali intentione exerceas, ut vera causa proximum injustè damnificas. Atque ita se habent exempla allata de incisione canalís de medicina sumpta cum periculo prolis, de restituendo gladium, da accipiendo lucrum ultra sortem: ut bene consideranti liquidò apparebit. Vide Lugo *disp. 8. sect. 5.* & rursus *disp. 18. sect. 5. à n. 98.*

SECTIO. VI.

*Quid restituendum ex contractu justo,
& licito?*

SUMMARIUM.

216. *Obligatio restitutionis ex contractu duplex.*
219. *Quando res determinata in individuo apud alium perit casu, Domino seu creditori perit.*
221. *Exceptis tribus casibus*

224. Si verò res indeterminata in certo genere pereat, debitor perit.

225. Usque ad n. 229. Casus & exempla varia.

229. Si res pereat culpâ debitoris, jure naturali tenetur restituere solum ex dolo malo.

230. Leges verò civiles & canonica statuunt I. ut, quando contractus factus est in utilitatem solius dantis, debitor recipiens teneatur solum ex dolo & culpa lata, non levi, vel levissima.

232. Si verò factus sit in utilitatem solius recipientis, tenetur is ex omni culpa, lata, levi, & levissima.

233. Quæ leges juxta communiorem obligat in conscientia etiam ante Sententiam Judicis.

234. Probabilior tamen est sententia opposita, scilicet non obligare in foro conscientia ante sententiam Judicis.

235. Usque ad n. 239. Inferuntur, & resolvuntur varia.

239. Prædicta omninò intelligenda sunt tam in veris, quam in quasi contractibus.

240. Saltem post sententiam Judicis in nostra probabilissima sententia.

216 **E**X contractibus justis, & legitimis duplex oritur obligatio restitutionis. Una formalis, & immediata. Altera radicalis, & mediata.

Formalis & immediata est obligatio restituendi reddendi, vel solvendi id, quod in contractu promissum, ac debitum est. v. g. solvere pretium pro re empta, reddere mutuum, commodatum, depositum, solvere pretium pro re, vel operâ locatâ. Et hæc obligatio est omninò juris naturalis, eaque mortalis, vel venialis pro ratione debitæ materiam majoris, vel minoris momenti, accedente etiam obligatione compensandi damna emergentia, vel lucra cessantia creditori, ex culpabiliter, & injustè negata, vel dilata solutione, juxta generatim dicta supra

suprà de possessore mala fidei. Eò ipso enim, quòd debitor est in culpabili mora solvendi debitum, incipit esse possessor iniquus, & malæ fidei, & quoad illa interesse, debitor ex delicto. Et de hac obligatione in particulari non est hîc locus tractandi, sed pendet ex natura cujusque contractûs in particulari in materia de contractibus specialiter tradenda, Deo volente inferius suo loco p. 6.

Radicalis & mediata obligatio restitutionis ex contractu est obligatio compensandi damnum ipsius rei debitæ ex contractu: si nimirum res debita, vel obligata alteri per contractum, ante traditionem, vel restitutionem apud debitorem pereat. Circa quod maximè refert, an res pereat casu, an culpa tantum, an dolo debitoris? Casus in proposito dicitur rei inopinata eventus, qui neque à diligentissimo caveri potuisset: ut si res tibi vendita, vel commodata inopinato incendio, vel direptione hostium pereat. Culpa dicitur, defectus ab eo, quod bonum, & debitum est, hominisq; diligentia prestari potest: eaque Theologica, alia politica, lata, levis, levissima: jam suprà Sect. I. explicata. Dolus malus dicitur, exercitium industria, deliberatè scilicet agendo, vel omittendo aliquid ad alterum decipiendum in damnum suum: adeoque fit cum formali proposito, & directâ intentione nocendi alteri, & ideo semper est peccatum, & culpa Theologica. De hoc apud omnes in confesso est, quòd si res pereat per dolum malum debitoris, seu quamcunque culpam ejus Theologicam gravem, ipsius solius damnum esse, cum obligatione integrè compensandi:

204 *Traçt. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. 1.*
di. Ut ex dictis *Seçt. I. §. 4.* satis superque con-
stat. At res valdè intricata est, si res debita pereat
at vel casu, vel culpa civili tantùm debitoris. Sæ

ASSERTIO II.

218 **O**mnis res, qua solo casu perit, suo Domino perit: ideoque si res determinata in individuo pereat, creditori perit, per se loquendo, exceptis certis casibus: si verò res indeterminata in certo genere pereat, debitori perit: quòd si verò res pereat culpa debitoris politica, perit aut debitori, aut creditori etiam, proportionè culpa, & contractus per legem statutà, attamen, secluso dolo, & culpa gravi Theologica aut speciali assècurationis pacto, probabiliter non obligantes in foro conscientia ante iudicis sententiam. Idg, tam in veris, quam quasi contractibus proportionaliter. Est tota communis.

§. I.

Si res determinata in individuo pereat, creditori perit &c.

219 **E**G. Hunc equum, hanc vestem, hunc librum, deposito, commodatò, vel locatò, aut in pignus accepisti à Petro, & absque omni tua culpa mero casu apud te perit, incendio, naufragio, furto improvísò &c. perit Petro creditori: & tu nihil compensare, vel restituere teneris. Omnes. Est enim regula juris: *Omnis res, qua perit, suo domino perit.* Quòd maximè verum est de dominio propriè dicto, & actuali: atqui Petrus creditor est, & manet propriè dictus, & actualis dominus rei deposita,

SeEt. IV. Quid restituendum ex contractu &c. 205

positæ, commodatæ, locatæ, vel in pignus tibi datæ: ergo ipsi perit, si sine tua culpa pereat: ubi enim nulla adest culpa, neque debet esse pœna; nec consequenter restitutionis obligatio in toto, vel in parte: ergo omninò liber es.

Contra: Hunc equum, hunc librum, & genera- 220
liter hanc numero mercem, adeoque etiam hoc do-
lium vini, hunc acervum tritici &c. *in caput*, (de
quo mox infra) emisti a Petro, pretio convento, vel
etiam soluto, & similiter, antequam tibi tradatur,
perit apud venditorem, vel alium mero casu; citra
omnem ejus culpam, tibi perit, non Petro vendi-
tori; isque nihil ampliùs compensare tenetur: quin
tu eo casu pretium nondum solutum adhuc solvere
cogeris. Sic enim expressè statuitur in Jure civili
Institut. De emptione, & venditione. ibi: *Cum
emptio, & venditio contracta est (quod effici diximus
simul, ac de pretio conveniunt) periculum rei ven-
dita statim ad emptorem pertinet, tametsi adhuc ea
res emptori tradita non sit.* Hæc ibi. Ratio autem
est: Quia licet emptor ante traditionem nondum
sit propriè, & actualis Dominus rei, tamen leges
ita voluerunt, tanquam naturali æquitati valdè con-
sonum, ut sicut totum commodum, ita etiam peri-
culum rei venditæ pertineat ad emptorem. *Excipe:*
Nisi aliter conventum sit, quòd scilicet periculum
rei venditæ ante traditionem ad venditorem spectet:
aut nisi venditor fuerit in culpabili mora tradendi
rem emptam: quæ, si periit interea, similiter non
peritura apud emptorem, tunc ipse venditor dam-
num præstare cogitur. *L. Quod si neque ff. de peri-
culo.*

206 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. II.*
culo, & commodo rei vendita. Et Ratio est: Quia
mora sua cuique nocet: & jam aliquatenus res per
culpam venditoris culpabiliter morosa.

221 Cæterum à Regula nostra supra dicta generatim
excipiuntur tres casus, quibus res talis debitori po-
rit, & compensari debet. *Primus.* Quando inter-
cessit pactum assecurationis, seu præstandi damnum
cujuscunque eventus, etiamsi res fortuito perierit.

222 *Secundus.* Si res aliena pereat, cum debitor ea
utitur ad usus non concessos: ut si equum condito-
ritum, vel commodatum pro uno tantum itinere,
v. g. Salisburgum, utaris etiam pro alio v. g. Augu-
stam, eoque itinere pereat: aut concessum ad equi-
tandum tantum, tu utaris ad vecturam, sicque pe-
reat &c. damnum præstare teneberis.

223 *Tertius.* Quando debitor est in mora culpabili
restituendi rem eo tempore, quando domino restitu-
ta non periisset: ad hoc enim obligaberis ex delicto
injustæ detentionis. His nimirum in casibus
debitor damnum rei alienæ debet, etsi omnino ca-
su, & inconsulto factum, etiam in conscientia, etiam
sub mortali compensare debet: partim ex peccato
delicto prædicto, in primo casu: partim ex delicto, in
secundo, & tertio casu. Quia eo casu in concessio-
ne vel culpabili mora, ac detentione, causa injusta
fuit damni illati domino rei: sic habet communis
sententia DD. meique citati omnes. Notat tamen re-
tam in usu inconcesso, quam in mora illa culpabili
adesse culpam gravem Theologicam, & fidem mar-
tam, juxta generaliter dicta *Sect. I. an. 44.* si enim
bona
rei, m
ta,
scien
Si
Q
tequ
perit
ex u
aute
sic in
per n
emp
I.
tum
eâqu
ea ca
huc
II
tot e
deter
vend
mod
vel n
frum
tibi p
bes c
bona

bonâ fide putet debitor, ea non displicere domino rei, non erit obligandus ad restitutionem rei perditæ, aut damnorum inde secutorum, in foro conscientiæ, & ante sententiam Judicis.

§. II.

Sires indeterminata in certo genere pereat, debitori perit.

Quando nimirum res indeterminata in aliquo ²²⁴ genere debetur, periculum est debitoris, antequam tradatur: ideoque si quovis casu pereat, ipsi perit, & adhuc compensanda erit. *Ratio est:* Quia ex una parte, genus perire non potest: ex altera autem parte, omnis res suo domino perit: at res sic indeterminata debita, antequam tradatur, semper manet in dominio debitoris, ut patebit in exemplis.

I. Ex empto, censu, mutuo &c. debes Titio centum aureos, tot scaphas frumenti, tot urnas vini &c. ²²⁵ eaque jamjam destinata volebas tradere: sed interea casu, vel alterius malitiâ periit, tibi periit, & adhuc solvere teneris, ob rationem dictam.

II. Ex equili, ovili, armento tuo, vendis alicui ²²⁶ tot equos oves, boves, vel vaccas, v. g. centum non determinando in individuo: Item ex cella vinaria vendis tot plaustra vini; ex horreo, vel acervo tot modios frumenti, nondum tamen determinatos, vel mensuratos; sed adhuc cum reliquo tuo vino, vel frumento commixtos: tametsi plura prædictorum tibi pereant, non tamen liberaris, quia potes, & debes dare de reliquo. Quod si tamen omnes tui equi,

equi, oves, & boves, totum tuum frumentum, totum vinum pereat in incurſu hoſtili, incendio, naufragio &c. obligatio quidem ceſſabit utique; ſed pretium acceptum, etiam in parte reddere debet, ut ex communi notat Lugo *diſp. 16. ſect. ult.*

227 III. Idem dicendum, quando vendis totum tuum vinum, vel hoc totum vas: omne tuum frumentum, vel totum hunc cervum: totum gregem: ſed ad mensuram indicto pretio in ſingulas urnas, modios, vel capita gregis: quia tunc res cenſetur vendita ſub conditione, ſi meſuretur, vel numeretur: ideoque periculum, donec emptori meſuretur, vel numeretur, penes te venditorem manet juxta *L. Quod ſep. ff. De contrahenda emptione.* Secus autem dicendum, quando venderes omne tuum vinum, vel frumentum, aut gregem tuum ad corpus, indicto ſciet pretio pro toto, & non referendo ad meſuram, vel numerum: Quia tunc tota res abſolute venditur, tanquam quid determinatum *in ſpecie*. (ut loquuntur Juriſtæ, Philoſophis potiùs dicendum in individuo) adeoque periculum ſpectabit ad emptorem, vel venditorem, juxta dicta *ſ. præced.* in medio.

228 IV. Eâdem ratione dicendum in aliis contractibus, in quibus non eadem res numero redditur, ut in mutuo, cenſu &c. ut habetur *Inſtit. Quibus modis contrahitur obligatio.* item *is. Qui mutuum accepit, ſi quolibet fortuito caſu amiſerit, veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum, hoſtinum incurſu, nihilominus obligatus manet.* Hac itaque Unde ſi mutuum, vel cenſum per nuntium, ut per ſervum fidelem, & cautum, transmittas creditori, iſque

in via fugiat, vel despolietur, tuum erit damnum, & denuò solvere debes, *secundùm omnes*, ob rationem in initio dictam: quia res mansit sub tuo dominio, ideoque tibi periit. *Excipe*: Nisi ipse creditor nuntium miserit, non tantùm ad petendam solutionem, sed etiam accipiendum debitum: tunc enim ipse periculum in se suscipere censetur, *juxta L. si mei causâ ff. depositi*. Vidè latè Molinam *tract. 2. disp. 296*. Et hætenus de debitis casu amissis.

§. III.

Quòd si verò res pereat culpâ debitoris &c.

Certum est, tunc debitorem, jure naturali solùm ²²⁹ teneri *ex malo dolo*, ut vocant Juristæ, & ex culpa Theologica gravi (qualis ordinaria etiam est culpa lata civilis, ut jam supra notatum) ad compensandum damnum sub mortali, quippè cujus voluntaria, & injusta causa ipsi existit. Si verò culpa Theologica levis, vel venialis tantùm intercessit, sive ex parvitate materiæ, sive ex imperfectione actus, eodem modo dicendum hîc, quo supra dictum Assertionè 1. §. 4. De restituti ex delicto per culpam venialem tantùm; quia hîc etiam intervenit delictum. Quòd si denique res debita pereat apud debitorem, Jure civili, & canonico per Leges ita statutum est.

I. Quando contractus factus est in utilitatem ^{so-230} alius dantis, ut est depositum, debitor recipiens tenetur solùm ex dolo & culpa lata, non autem levi, vel levissima. Ita *L. Contractus. ff. de Regulis juris*. Ut si quis apud te suam pecuniam, librum, aliámve

rem deponat, absque ullo commodo tuo, si ea
 reat sine dolo, vel culpa lata tua, quamvis non de
 culpa levis, vel levissima, ad nihil obligaris restitu
 endum. *Ratio est:* Quia æquitas postulat, ut, cum
 accipienti nulla fit gratiã, vel utilitas, non teneat
 is ad majorem custodiam, quàm illam, quam ho
 mines communiter adhibere solent: hæc autem
 lùm excludit culpam latam, vel dolum: ergo
 Unde si in domo tua, depositariè, oriatur inci
 dium, immineat incursio hostium, vel simile per
 culum, non teneris ex justitia custodire, vel con
 servare res depositas, neglectis tuis, etiam vilioribus.
 Quòd si tamen, ita suadente æquitate natura
 li, & lege Charitatis, aliena pretiosiora præfero
 do, priorum jacturam fecisti, compensationem
 proprii damni exigere poteris, & alter præ
 tenebitur. Cùm enim in pari causa quisque præ
 ferre possit propria alienis, utiliter domini negoti
 tium gessit depositarius, qui in ejus gratiam possibi
 litis suis vilioribus, res ejus pretiosiores ab interitu
 vendicavit: nemini autem suum officium nocere
 debet. In quò consentiunt Juristæ, & Theologi
 pro utroque foro.

231 II. Quando contractus factus est in gratiam
 utilitatem utriusque contrahentis, scilicet tam de
 tis, quàm recipientis, ut emptio, venditio, locatio
 conductio &c. Ut si quis tibi locet equum, vel do
 mum pro pretio: recipiens, seu debitor teneatur
 dolo, culpa lata, & levi, non tamen levissima. *Quo
 rã L. Contractus ff. eod. tit. & DD. communiter
 Ratio est:* Quia hoc ipso, quòd contractus con
 etiam

etiam in utilitatem recipientis, non debet is obligari ex solo dolo, vel culpa lata, sicut si cederet in utilitatem solius dantis. Econtrà: Quia contractus etiam cedit in utilitatem dantis, non debet recipiens obligari etiam ex culpa levissima, nullo prorsus periculo ad dantem spectante, sicut si esset in gratiam solius recipientis; ergo medium tenendum; culpa lata, & levis ad recipientem, levissima verò ad dantem redundabit. Eoque ipso, quòd dāns accipit justum pretium pro re sua locata, non tenebitur eam recipiens præferre in periculo rebus suis est justitia, nisi valde vilioribus, cum spe recipiendi compensationem juxta paulò antè dicta, & mox iterum dicenda §. sequenti.

III. Quando contractus factus est in gratiam, & 232
utilitatem solius recipientis, uti est commodatum, vel precarium, ut si quis equum, vel librum suum tibi gratis accomodet, recipiens tenetur ex dolo, & omni culpa lata, levi, levissima, si res pereat: Excepto solo casu fortuito, *L. si ut certi, ff. commodati.* Ratio est: Quia æquitas postulat, ut cum quis gratis utitur re aliena, adhibeat exactam rei accommodatæ custodiam, qualem quisque prudentissimus paterfamilias rebus suis adhiberet, adeoque omnem culpam etiam levissimam excludet: casum autem fortuitum, nemo etiam prudentissimus excludere potest: ergo. Unde *L. argumentum, ff. commodati, dicitur: Argumentum commdatum, si tam idoneo seruo meo tradidissim ad te perferendum, ut non debuerit quis æstimare futurum, ut à quibusdam malis hominibus deciperetur: tuum, non meum detri-*

mentum erit, si id mali homines interceptissent. Haec ibi. Et hinc secundum Juristas (imò & plures Theologos, *Sylvestrum*, *Molinam*, *Lessium*, alios) ferè communiter, etiam in foro conscientiae, in periculo incendii, vel alio simili tenetur commodatarius res commdatas præferre suis. Quia æquitas non patitur, ut commodans damnum sustineat occasione ejus contractûs, qui in gratiam commodatarii institutus erat; ipse verò commodatarius à damno immunis maneat. Atque adeò commodatarius, si res suas præferat rebus commodatis, æquè, vel magis pretiosis, ad restitutionem obligatur: non item, si minùs pretiosis, & vilibus: quia illud diligentissimi cujusque officium, & consilium est, pretiosa præferre vilibus. Et in pari causa (cùm scilicet res tuæ, & alienæ, sint æquè pretiosæ) magis convenit commodatarium in cujus gratiam, & utilitatem contractus factus est, ex fortuito casu damnum sustinere, cui aliquando tandem causam, qualicunque etiam levissima culpa sua dederit. Ita isti. Sed de hoc nos mox iterum mitiùs.

23 IV. Has Legum constitutiones tanquam æquas etiam obligare, & servandas esse in foro conscientiae, & ante sententiam Judicis, docet communior DD. cum S. Thoma 2. 2. q. 62. *Navar. c. 17. n. 181.* Molina, Vasquez, aliique citant Laym. Ratio est: quia, licet in his nullum peccatum, seu culpa Theologica interveniat, tamen positis istis legibus, homines iis legibus subjectionentur, saltem virtualiter, celebrare suos contra

Etus juxta illas leges, adeoque contrahens ex natura contractus initi, etiam ad talem culpam politicam evitandem, tantamque diligentiam adhibendam obligasse se censetur, & consequenter, si deficiat, etiam ad compensandum damnum. Etenim leges illæ non sunt pœnales, aut fundatæ in præsumptione fraudis, sed fundatæ in summa æquitate naturali. Nam (ut optimè explicat *D. Thomas l. cit.*) ipsa æquitas naturalis postulat, ut cum quis per contractum rem alterius in suam solius utilitatem accepit, Dominus nullum ex suo beneficio damnum patiat, si vel minima, aut levissima culpa ex parte utentis interveniente pereat: si verò in gratiam solius dantis cedat contractus, ut in nudo deposito, æquum non est, ut accipiens majori onere gravetur, quàm alius, qui extra contractum damnicavit, & solum obligatur ex culpa lata. Quando denique contractus in utriusque partis utilitatem cedit, ut in locato, æquum est, ut damnum, damni-ve periculum dividatur inter utramque partem: & dans saltem damnum ex levissima culpa ortum ferat, ut N. II. explicatum. Omnino probabilis & sine dubio tutior sententia. Nihilominus sit

S. IV.

Attamen, secluso dolo, vel culpa gravi Theologica aut speciali assurationis pacto, probabilis non obligaris in foro conscientia ante Judicis Sententiam.

Probabilissimum nimirum est, in foro conscientia, ante Judicis sententiam, neminem obligari sub

214 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. 1.*
sub mortali ad restitutionem, seu compensationem
damni, si res ex contractu debita pereat ex sola
sua culpa levissima, levi, imo lata politica tantum
imò etiam si Theologica venialis negligentia vel
quandòque inadvertentia interveniat: sed solum
si ex culpa gravi Theologica, vel dolo res perit
aut si speciale assurationis pactum, etiam casum
& omnem, etiam levissimam culpam præstan-
tium fuit, quod utique in conscientia servan-
dum erit. Ita universim Sotus *lib. 5. de Iustit.*
7. a. 4. Tolet. *lib. 5. c. 8.* Sà. v. *culpa n. 2.* &
commodatum. aliisque congestis Lugo *tom. 1. de*
justit. disp. 8. Sect. 8. Diana *p. 2. tract. de contract.*
Resolut. 29. Tamb. *lib. 8. tract. 3. cap. 5. §. 1.*
1. Et probabile censet ipse, alioquin contrahentes
Lessius *lib. 2. cap. 7. dub. 8.* Ratio est: Quia
stendo in jure naturæ præcisè, nemo censetur
sub gravi culpa obligare velle ad tam exactam dili-
gentiam, ut omnem, etiam politicam tantum culpam
excludat, & citra suam gravem culpam, gravem
vel, & mortalem restituendi obligationem con-
trahat: Leges autem illæ positivæ, aut sunt præ-
ceptivæ ad acuendam diligentiam, & sinceritatem
minimum, excludendamque omnem fraudem in
vendis contractibus: & sic non obligant in con-
scientia ante Judicis condemnationem: aut dato, non
esse poenales, certè cum tanto rigore non sunt præ-
ceptivæ in foro conscientiæ, ante sententiam Judicis
ut probabile etiam putat Lessius *loco cit.* Et gra-
vissimè omninò asseritur, contrahentes intendere suos con-
tractus facere secundum illas leges. Nemo enim

qui rei sibi commodatæ, vel locatæ, vel in pignus datæ, putet se majorem custodiam adhibere debere est iustitia, quàm ipse Dominus suæ rei adhibere solet: solet autem adhibere custodiam cum ordinaria humana diligentia, non exquisitissima: ideoque homines in contrahendo obligant se solum ad diligentiam humanam, & moralem, qualem scilicet in rebus suis ponerent: hoc est: nolle advertenter committere dolum, aut culpam gravem. Ubi tamen diligenter advertendum est, ad vitandum peccatum mortale, seu culpam gravem Theologicam, & consequenter obligationem restitutionis sub mortali, utique majorem requiri diligentiam moralem in servandis rebus majoris momenti, quàm in rebus minoribus: item in rebus gratis commodatis in sui solius utilitatem, quàm in locatis pro pretio incommodum utriusque, vel deposito, quod est in gratiam solius dantis, ita enim ipsa recta ratio dicitur. Ex his, quoad conservationem rei alienæ ex contractu habitæ, vel debitæ probabiliter resolves.

I. Rem alienam, non tantum tibi depositam in 235 utilitatem solius deponentis, aut pro pretio locatam, in utriusque commodum; sed etiam gratis tibi commodatam in tui solius utilitatem, in periculo interitus, incendi, rapinæ &c. non teneris in conscientia præponere rebus tuis, eamque servare cum jactura rei tuæ, æquè pretiosæ, multò minùs pretiosioris, (saltem quando non certò speras, te pretium rei tuæ recuperaturum, quod certè valde rarum.) Ita contra plures supra Bonacina disp. 3.

216 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap.*
de contract. q. 1. propositione 6. n. 23. Lugo tom
1. de justit. disp. 8. Sect. 10. n. 139. Tamb. cit. n.
§. 3. n. 2. omninò pro certo habens. Ratio est
quia nemo tenetur, nisi expressè promiserit, res
alienas quomodocunque habitas conservare facien-
do extraordinarias expensas, sed tantùm ordinarias
& communes, *secundùm omnes*. Atqui in propo-
sito, si deberes rem alienam conservare cum jactura
rei tuæ, æquè, vel magis pretiosæ, utique deberes
conservare cum expensis maximè extraordinariis
quas certè vix unquam sperare potes à domino
compendandas: quando enim Dominus volet (cer-
tè non tenebitur unquam) eas tibi compensari
deberet enim pro conservatione rei suæ tantum
vel plus reddere, quam sua res valeat: & sic tan-
tundem intererit domino, si res suas tuis prætul-
isses, quàm si non prætulisses, negotio minimè ul-
ter gesto: ergo &c. Quando tamen in raro, et
potiùs metaphysico casu sperares, certo te pretium
rei tuæ recuperaturum, omninò fatendum erit, te
obligari ad conservandam rem alienam præ tua
què, vel magis pretiosa, quia tunc tu nihil am-
teres, quare non haberes caput, vel causam, unde
excusareris à conservanda re proximi, ipsi tam cari-
ra, & tam charè solvenda.

216 II. Quin probabile est, te non teneri conservare
rem proximi pretiosorem cū jactura rei tuæ vilio-
ris, tamen tibi alicujus momenti, ita ut ejus jactura
tibi notabile detrimentum pariat, nisi similiter mo-
raliter certus esses, te posse tuum pretium recupera-
re. *Ita cum aliis Lugo, & Tamb. cit. n. 5. Ratio est*

similis prædictæ : quia nemo intendit in iis contractibus se obligare ad expensas faciendas pro re aliena conservanda cū gravi suo detrimento, vel periculo. Neque verum est, quod *Molina*, *Bonacina*, alii inculcant, negligentem tunc rem alienam pretiosiore pro conservanda re sua minùs pretiosa semper committere culpam, cū vir prudens id nunquam esset facturus. Nam omnes prudentes licite evitare possunt suum notabile detrimento, neglecto alterius etiam gravi proportionaliter damno. Nunquid enim prudenter faciet paterfamilias modicæ fortunæ, qui centum aureos suos, sine spe recuperandi vellet amittere, ut conservaret gemam pretiosam, vel clinodium mille ducatorum prædicitis alicujus Principis? Apage cum ista prudentia.

III. Quod si tamen res tua vilior non sit tibi ali-²³⁷ cujus momenti, sic, ut ex ejus jactura non sis notabile detrimento incursum, debebis ei præferre, & conservare rem alienam pretiosiore, juxta eodem modò citatos, & alios communissimè Quia semper in illis contractibus modo humano, & urbano factis aliqua tandem obligatio imbitur, rem alienam custodiendi, quando rationabiliter potes: atqui in supposito rationabiliter potes: ergo debes, nec excluderis ab illa obligatione, quando tibi nullum notabile, sed exiguum detrimento tantum ex jactura rei tuæ vilioris futurum est.

IV. Insuper quando certò prævideres domi-²³⁸ num rei pretiosæ tibi depositæ, non soluturum pretium rei tuæ vilioris: etsi tunc pecces contra Charitatem, si rem alienam pretiosam præ re tua vili

non serves, (Charitas enim dicitur, ut impediamus grave damnum proximi, quando commodè, vel cum modico detrimento possumus) non tamen peccabis contra justitiam, Quia in contractu a factu in utilitatem alterius tantum, ad patiendum detrimentum te non obligasti. *Excipe*: nisi ad exiguum esset detrimentum tuum, ut obligatio custodiendi in contractu humano modo factu inbibita, iudicio prudentis merito censetur ad illud damnum exiguum perferendum se extendere. Major sine dubio erit hæc obligatio in commodato in gratiam tui solius factu, ideoque etiam ad majus incommodum pro re aliena pretiosa commoda conservanda se extendet, ut merito observat Tamburinus *cit. n. 8. in fine.*

§. V.

Idq. tam in veris, quam in quasi contractibus.

239 **S**ermo hæcenus potissimum fuit de contractibus veris, qui scilicet mutuo expresso pasciscentium consensu perficiuntur: ut emtio, venditio, locatio, conductio, depositum, commodatum &c. Eadem tamen pariformiter intelligenda sunt de *quasi contractibus*, qui ex una parte, vel communi Reipublicæ, vel implicito tantum consensu perficiuntur, ejusmodi sunt officia, tutelæ, seu Tutoris, Procuratoris, Judicis, Advocati, Medici, Chirurghi, Professoris artium &c. nam eo ipso, quod quis ejusmodi officio fungitur, censetur tacite saltem pactum ininitum cum altero de inculpata administratione officii, vel artis suæ, adeoque obligatione contracti

ad præstandum damnum ex sua culpa illatum alteri qui ejus operâ utitur. Et quidem secundum Juristas, & communioem Theologorum sententiam §. 3. propositam N. IV. si ejusmodi officia cedant in commodum utriusque partis, scilicet & ipsius officialis inde stipendium, vel emolumentum capientis, & alterius, cui opera præstanda est: tunc ipse tenetur præstare culpam latam, & levem etiam politicam (tunc væ Medicis!) si autem cedant in commodum solius alterius partis, ut si Medicus ex Charitate gratis velit curare ægrotum inopem, tenebitur tantum præstare culpam latam: æquum enim est, ut gratis præstans obsequium, non obligetur ultra communem diligentiam, quâ saltem culpam latam devitet. Quia verò ejusmodi officia semper cedunt in commodum alterius partis, ideò ex culpa levissima, nunquam orietur obligatio compensandi damnum, nisi iis tantum, qui se tanquam peritos, & certos omni damno cavendo ultrò obtrudunt, vel ut tales requisiti, se offerunt. Hi enim hoc ipso censentur recipere in se, quod alterum velint omninò indemnem servare, qui illis etiam hoc pacto tacito se committit; ut ex communi notant, *Sylv. Less. Laym. ll. cc.* Verùm in nostra probabilissima Sententia. §. *precedenti* proposita. Esto

Regula universalis.

In foro conscientie, ante sententiam Judicis, ne-
mo etiam ex officio, vel quasi contractu tene-
tur sub mortali compensare damnum ex sola culpa poli-

220 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. II.*
politica quacunq̃ue fecutum , nisi ex vera culpa
Theologica mortaliter gravi : sive is deinde gratia
officium præstet in gratiam solius alterius partis, si-
ve pretio in commodum utriusque, sive à Superiori,
vel magistratu exponatur , sive spontè tale officium
susceperit , vel fortè emerit (exclusa nova promissio-
sione, & pacto, de quo infra) Ita Vasquez *de restitu-*
e. 2. §. 2. dub. 5. Less. lib. 2. c. 7. dub. 2. n. 27.
Lugo tom. de justis. disp. 8. Sect. 7. n. 93. Tamb.
cit. c. 5. §. 2. An. 1. Ratio semper similis est : Quia
nunquam homines (sive gratis, sive pro pretio le-
vant) in dictorum munerum susceptione , vel tra-
ditione (præscindendo à nova speciali promissio-
ne) intendunt se, vel alios obligare, nisi ad adhiben-
dam in suo munere diligentiam moralem & huma-
nam, non verò omnem exquisitissimam, sed eam
duntaxat, quàm moraliter quis adhiberet in proprio
negotio, vel si solum bono ipsius tota administratio,
vel officium cederet. Hanc autem moralem dili-
gentiam, si advertenter quis non adhibeat, jam li-
quidò peccabit mortaliter per culpam gravem
Theologicam, adeoque ad restitutionem omnium
damnorum inde secutorum obligabitur. Ubi ta-
men iterum advertet, majorem diligentiam requiri
ad evitandam culpam mortalem, & restitutionem
in gravioribus (v. g. difficillimè lite, periculoso, &
fontico morbo &c.) quàm in rebus levioribus, ut
ipsa ratio naturalis dicat : eam verò moralem dili-
gentiam si quis adhibeat, quòd advertenter nihil
prætermittat, quæ ad effectum obtinendum neces-
saria videntur, in foro conscientiæ, sicut ab omni
culpa,

culpa, ita & à pœna, & consequenter restitutionis onere, si præter ejus intentionem, & culpam damnum sequatur, meritò absolvendus erit.

Dixi autem per parenthesisin *seclusâ novâ promissione, vel pacto*. Nam in duobus casibus obligabitur talis, etiam in conscientia, ad exquisitissimam diligentiam, adeoque etiam culpam omnem, vel levissimam præstandam. 1. Si accipiat tale officium Advocati, Medici, Chirurghi cū promissione expressa adhibendi prædictâ exquisitissimâ diligentiam: tunc enim obligabitur ex pacto in conscientia: maximè, si ei ob hoc auctum sit stipendium. 2. Si saltem tacitè id ipsum promisit: utpotè, si ultrò pro tali exquisitissimè perito se obtrusit, ut paulò ante notatum; si jactavit se meliorem alio, unde alios avertit à meliori Medico, Advocato, Chirurgo, &c. tunc enim tenebitur damnum quâcunque culpâ secutum compensare ex duplici capite; tū quia imperitus est: tum quia per exquisitam diligentiam, saltem tacitè promissam imperitiam suam compensare noluit: prout observat *Tamburinus cit. n. 3.*

§. VI.

APPENDIX.

De Obligatione ex contractibus injustis.

Remissivè.

HActenus sermo fuit de obligatione ex contractibus justis, & licitis, tanquam distincta radice. Nam ex contractibus injustis, invalidis, illicitis ex vario capite diversæ oriuntur obligationes restitutionis, sed eo ipso ex secunda, vel tertia radice

222 *Tract. IV. Pralim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. III.*
radice, scilicet injustæ acceptionis, vel damnificationis, quoad generalia ibidem requirenda: singulis autem singulis contractibus propria, non possunt una Sectione summarie comprehendi, sed pendet ex materia propria de Contractibus in genere, et specie, DEO volente tradenda Tractatu sexto in finem Decalogi.

CAPUT III.

De

Aliis restitutionis circumstantiis. Quis, Cui, Quando, Ubi restituendum?

SECTIO I.

Quis, & Quinam restituere obligentur? Ubi de causis cooperantibus ad damnum injustum.

SUMMARIUM.

3. Præter damni iniusti executores, ad restitutionem etiam obligantur ejus concausæ:
4. Omnes scilicet scienter, deliberatè, & voluntariè,
5. Cooperantes efficaciter ad injustum damnum proximi.
6. Reipsa secutum.
7. Et si aliàs etiam illud sine eorū cooperatione secutum fuisset.
9. Mandans, se Mandatum suum ante damni executionem revocet, & illa revocatio ad notitiam Mandatarii pervenerit, liber est ab onere restitutionis.

11. Scilicet

11. Secus si illa revocatio ante damni executionem ad notitiam Mandatarii non pervenerit.
12. Si vero mandatarius excedat mandatum in damno inferendo, is, non mandans, excessum illum compensare tenetur.
13. Usque ad n. An mandans, sicque obligatus, censearis, si alium in tui gratiam tertio damnum inferre jam paratum non prohibeas, cum facile posses?
14. Consulens saepe solus obligatur ad compensandum totum damnum, uti saepe sunt Consiliarii Principum, Advocati, Jurisperiti, Confessarii &c.
15. Qualis culpa requiratur, ut quis ad restitutionem obligetur ex malo consilio?
16. Licet mandans revocato mandato, non tamen consulens revocato consilio liberatur a restitutione, damno secuto.
17. Oppositum tamen est etiam probabile.
18. Usque ad n. 28. Ad quid obligeris, si alium jam resolutum & determinatum, sive ex se, sive ex aliorum consilio, tu etiam tuo consilio vel hortatu magis confirmes ad damnum alterius?
19. Contentiens in damnum alteri inferendum quidem semper peccat, consensu etiam inefficaci.
20. Ut tamen ad restitutionem obligetur, debet esse consentiens consensu efficaci dependentia, ita ut damnum inferendum, vel illud inferens ab eo dependeat.
21. Usque ad n. 36. Ad quid, & qualiter obligetur, qui suo voto, vel suffragio fuerunt causa damni?
22. Palpo quis dicatur, & qualiter obligetur?
23. Usque ad n. 40. Ad quid, & qualiter obligetur Receptor seu recipiens, custodiens, defendens &c. damnificantes fures &c.
24. Quis dicatur causa participans?
25. Usque ad 45. A peccato & restitutione excusatur, qui metu mortis v. g. furi prabet claves, instrumenta &c. milites, & praedones &c. jubat in asportandis pradis, abigendo vaccas &c.
26. Usque ad n. 50, Murus, non obstans, non manifestans.

tripliciter obligari possunt ad impediendum damnum alterius.

50. Soli ex justitia obligati impedire, & non impediendum alterius, obligantur ad damni compensationem.
51. Non verò obligati impedire ex Charitate tantum.
52. Etiam si ex vindicta, odio &c. erga alterum, damnum ei non impediatur.
53. Vel etiam pecuniam accipias à fure, & g. ne clamor impediatur, manifestes &c.
54. Secus, si accepto pretio, tua promissione tacendi fieri animosiores reddas.
56. Qualis debeat esse culpa. gravis, an levis, ut obligati ex justitia impedire & non impediens, tenentur compensare damnum à se non impeditum?
57. Usque ad n. 63. Resolvuntur varii casus, de Principe Magistratu &c. consiliariis, famulis, ancillis, studibus, urbium, agrorum, pagorum &c. Juuvenibus, reis, testibus, & Confessariis &c. non impediendum damna, ubi deberent.
63. Concausa ad damnum alterius ad restitutionem obligatur juxta proportionem influentis & causalitatis damnificando:
64. Ad quid, & qualiter teneatur I. causa totalis totalitate causa.
65. II. Partialis partialitate effectus tantum.
66. III. Partialis partialitate causa tantum.
67. IV. Partialis partialitate causa quidem, totalitate effectus?
68. Resolvitur casus de militantibus in bello injusto.
69. Usque ad n. 74. Quo ordine, qualiter, seu qui prior damnificantibus, vel cooperantibus restituenda teneatur?

Profectò restituere tenentur omnes ij, quicunque aliquid proximo debent ex justitia commutativa, juxta quatuor radices restitutionis Cap. precedenti latè explicatas: nimirum ex re accepta

ex injusta acceptione; ex injusta damnificatione; & ex contractu. Sed hîc sermo specialiter est de restitutione ex dilecto tantum formali injustæ acceptionis, vel damnificationis in quibuscunque bonis proximi, vitæ, famæ, fortunæ: neque hîc dubium esse potest, teneri restituere quemcunque, qui causa principalis, & immediatè executiva damni injustè illati fuit; neque de hoc aliquid speciale dicendum superest: sed multum per omnem modum de causis cooperantibus ad injustam damnificationem proximi, quænam, qualiter, quo ordine restituere teneantur? Ut res tota adæquatè sub aspectum ponatur, sit benè pinguis

ASSERTIO I.

Restituere obligantur omnes voluntate deliberata, & efficaciter cooperantes ad injustum damnium proximi re ipsa inde secutum, etiamsi alias sine eorum aliquorum cooperatione secutum fuisset: Nec solum positive cooperantes (jussio, consilium, consensus, palpo, recursus, participans) sed etiam negative tantum seu non impediens (mutus, non obtans, non manifestans) quando ex justitia tenebatur impedire: Idque secundum proportionem influxus, seu causalitatis totalis, vel partialis in damnificationem: Et ordine proportionato causalitati, vel cooperationi suæ: prius nimirum priores, & principales: Utpote, primo loco possidens aliquid ex injusta damnificatione: Secundo loco mandans: Tertio loco exequens: Quarto loco alia causa secundaria, cooperantes proportionem cooperationis, &

226 *Traët. IV. Prælim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. III.*
causalitatis suæ. Tota quidem communis, sed
tè patens Assertio amplâ indiget explicatione.

§, I.

Restituere tenentur omnes voluntate delin-
sata efficaci, efficaciter cooperantes &c.

3 **C**ertum nimis apud omnes. Sumitur ex
ad Rom. I. v. 32. *Qui talia agunt digni*
sunt morte: & non solum qui ea faciunt, sed etiam
qui consentiunt facientibus. Unde est illa verissima
maxima *c. Votum q. I. Facientem & consentientem*
par pena constringit. Atqui omnes positivè, vel ne-
gativè cooperantes, præcipiens, consulens, adju-
vans, non impediens, cum teneretur ex iustitia
consentiunt cum eo, qui quomodolibet proximo
damnificat, consequenter easdem pœnas, & obli-
gationes participat: ergo non solum causa præci-
palis, sive immediatè executiva, sed etiam omnes
causæ cooperantes ad injustam damnificationem
proximi, sicuti participant in peccato contra ius-
tiam, ita etiam participare debent in pœna, & obli-
gatione restitutionis. *Ratio autem manifesta est.*
Quia quicumque est causa damni injustè illati, tenetur
ad restitutionem: nam, qui causam damni illati
damnū dedisse censetur, ut dicitur *c. ult. de iniuriis*
atque omnis positivè, vel negativè cooperans in
actionem injustam, & damnificationem proximi
eo ipso est causa, saltem partialis, damni injustè
illati: ergo tenetur ad restitutionem. Ur autem
eam obligationem restituendi contrahant ejusmodi
cooperantes, in terminis Assertionis requiritur
sint.

Seç. I. De cooperantibus ad damnificationem. 227

I. Cooperantes voluntate deliberata, & efficaci. 4

Nam imprimis, si omninò involuntariè, ex ignorantia, inadvertentiâ, vehementissima passione auferente voluntarium, & generaliter præter omnem intentionem quis cooperetur ad damnum alterius, tunc sicut cessat delictum, sic cessabit obligatio restituendi, ex re accepta, nisi quid adhuc existat, vel cooperans inde ditior factus esset. Deinde requiritur voluntas, seu consensus efficax expressus, vel interpretativus in damnum tertii. Non sufficit voluntas, vel consensus inefficax tantùm, seu simplex complacèntia in damnum alterius: talis enim non exit in opus externum: cooperatio autem ad damnificationem tertii, debet exire in opus externum, & damnum inferre per actionem externam injustam, ut ex dictis Assert. 1. §. 4. constat. Et hinc consequenter,

II. Cooperantes efficaciter: requiritur nimirum, ut ea cooperatio, jussio, consilium, consensus &c. sint veræ causæ influentes in injustum damnum tertii, ita ut ex tali jussione, consilio, consensu alter vere moveatur ad inferendum damnum, & sine iis non fieret damnum tertii. Quando ergo ejusmodi actiones nullo modo influerent in damnum tertii, eò quòd alterum ad nihil moveant, sed alter sine iis, & independenter ab iis jam erat determinatus, & resolutus inferre damnum alteri tertio, adeoq; sine illa cooperatione, jussione, consilio &c. adhuc æquè fieret damnum tertio, tunc ex parte sic cooperantis nulla nascetur obligatio restituendi. Ratio est: Quia tota radix obligationis restituendi est causa damni injustè illati: atqui in proposito, illa cooperatio, jussio, consilium,

filium, consensus, si iis nihil motus est damnificam
ad damnum inferendum, sed sine iis jam resolutus &
determinatus inferre, æquè damnum intulisset, non
est causa damni injustè illati, sed habet se merè per
accidens, ut quid tunc concomitans injusti proximi
damnificationem: ergo licèt talis cooperans, ma-
dans, suadens &c. peccaverit contra iustitiam quo-
ad affectum internum, non tamen quoad effectum
ipsum, & conlequenter quoque immunis erit quoad
obligationem restituendi.

6 III. *Ad injustum damnum proximi re ipsa secun-*
tum. Quantumvis enim voluntariè, & efficaciter
damnum intentatum sit, si tamen re ipsa secun-
non sit: ut si Dominus famulo præcipiat hominem
occidere, spoliare domum, vel segetem incendere
&c. ille autem mandatum, quacunquè ex causa exe-
cutus non sit, quantumvis talis peccaverit contra
iustitiam in affectu, non tamen in effectu, ut patet
ideoque ad nullam restitutionem obligabitur. Ita
autem satis probabilis videtur sententia communis
Antiquorum, D. Thomæ 2. 2. q. 26. a. 7. *Soti Ne-*
var. Sylvest. Alexsis, Gabrielis, Angeli, aliorum
eum Laym. l. 3. tr. 2. c. 5. a. n. 5. Cooperantes
ad hoc ut contrahant obligationem restituendi, de-
bere ita concurrere, & influere ad damnificationem
injustam, ut sine illis damnificatio injusta aliter
non fieret, v. g. iussione, vel consilio, ita movendo
causam immediatam damnificantem, ut aliter
non moveretur ad damnificandum, eò, quòd tunc
tantum propriè videatur esse causa damnificationis.
Nihilominus dicimus nos.

IV. *Etsi alias sine eorum cooperatione damnum secutum fuisset.* Verior est omninò hæc opposita Sententia communior, maxime RR. *Cajetani, Soti, Petri Nav.* & aliorum, quorum aliqui, *Molina Tr. 2. tom. 3. de restit. disp. 736. Less. l. 2. c. 13. dub. 2. n. 2. Vasq. de restitut. c. 9. §. 1. n. 3. Lugo disp. 19. sect. 1.* nimirum ad contrahendam obligationem restituendi sufficere volunt, quòd causa cooperans sua jussione, consilio, auxilio &c. de facto reverà concurrat, & influat ad injustam damnificationem, etsi etiam sine illa damnum fieret: utpote de facto reverà movendo, vel adjuvando causam immediatè damnificantem, etsi illa defacto etiam moveatur, vel adjuvetur sufficienter aliunde, ut sine illa altera cooperatione adhuc damnum inferretur, aut illatum fuisset. *Ratio est.* Quia ad contrahendam obligationem restituendi, sufficit reverà, & defacto esse causam voluntariam damni injusti illati: atqui in moralibus nihil vetat, plures esse causas adæquatè moventes ad eundem effectum, ita ut sine qualibet earum adhuc effectus fieret: ut si plures baptizent eundem infantem: plures Sacerdotes consecrent eandem Hostiam, prout fieri potest in Ordinatione Sacerdotum: sic in proposito plures causæ cooperantes, jussione, consilio, vel auxilio adæquatè poterunt concurrere, & movere damnificantem, ita ut sine qualibet earum adhuc moveretur ad damnificandum, & adhuc damnum sequeretur. Quo casu sanè causæ cooperantes omnes necessario contrahent obligationem restituendi, neq; enim est major ratio, cur una potiùs, quàm altera; nam

qualibet se excusare posset: etsi ego non concu-
 rrissem, iussissem, suavissem &c. adhuc damnum fuit
 se secutum: ergo omnes incurrunt obligationem
 restituendi: ergo ut causa cooperans contrahat ob-
 ligationem restituendi, sufficit, quod defacto con-
 currat efficaciter ad damnum: licet etiam aliis
 aliis de facto concurrentibus, damnum sequeretur.
 Id verò apud omnes in confesso esse debet, causas
 injustum damnum cooperantes ab obligatione res-
 titutionis minimè absolvi, ex eo, quod ipsis non
 concurrentibus, alij tamen sine dubio concurrissent.
 & sic sine ipsorum cooperatione nihilominus dan-
 num illatum fuisset, ut in simili sæpius notum est.
 Ex eo enim, quod alij injustè fecissent aliquid age-
 do non justificaris tu agendo idem: alioquin tu
 non peccaret, ex eo, quod certo sciret, se non au-
 rere, alios tamen furaturos. Et Usurarius iuste ex-
 geret usuras, ex eo, quod sciat alios usuras exete-
 re. Et hæreticus damnandus non esset, ex eo,
 quod Christus in Scriptura dixerit, oportet hæreticos
 esse &c. Dictum denique: *Nec tantum cooperantes
 positive, sed etiam negative: causæ cooperantes
 ad injustam damnificationem proximi communiter
 enumerantur novem. Sex priores sunt positive,
 tres reliquæ negative tantum cooperantes, his ve-
 ribus comprehensæ, & mox ordine explicandæ.*

*Fussio, Consilium. Consensus, Palpo, Recursus,
 Participans, Mutus, non obstans, non man-
 stans.*

Jussio, Mandatum, Jubens, Mandans.

Prima persona, & causa cooperans ad injustam
proximi damnificationem, est sine dubio obli-
gata ad restitutionem damni re ipsa secuti, v. g. ju-
bens, vel mandans alium alterum occidere, spolia-
re, vel quomodolibet damnificare. Circa quam
non leves difficultates expediendæ sunt.

I. Mandans, seu præcipiens, si mandatum su-
um ante executionem verbò, scriptò, vel nuntiò
retractet, vel revocet, dummodo revocatio ad no-
ticiam mandatarii pervenerit, liber est ab obligatio-
ne restituendi. sicut & ab aliis pœuis externis, esto
mandatarius nihilominus damnum inferat, Com-
munis DD. cum *Molina tr. 2. tom. 3. parte poster.*
disp. 731. Ratio patet: Quia revocatò manda-
tò, cessat tota causalitas, cooperatio, & influxus
mandantis in damnum, ita ut causa exequens, co-
gnita revocatione, non possit censerì amplius ope-
rari ex mandato, vel autoritate præcipientis: & si
damnum nihilominus sequatur, non sequitur, am-
plius vi præcedentis mandati jam revocati, sed ex
mera propria, libera malitia mandatarij: ergo man-
dans tunc non tenetur amplius ad restitutionem.
Tenetur tamen tunc mandans ex charitate præ-
monere damnificandum, ut sibi caveat, si utiliter,
& sine suo gravi incommodo facile possit: charitas
enim obligat ad avertendum grave damnum proxi-
mi, idque maximè, si tu ipse aliquo modo occasio

ejus damni fuisti: non tamen obligat cum gratia proprio incommodo.

10 *Hinc resolves casum.* Ego, promissis centum aureis, tibi præcepi, ut inimicum meum occideres: mox pœnitentiâ ductus mitto ad te litteras diserte significans, ut omninò ab homicidio abstineas: tu vero nequam, ut promissio præmiò potiaris, fingis te non recepisse litteras, sicque adhuc inimicum meum occidis. Erone ego obnoxius restitutioni & irregularitati? Resp. Nequaquam. Quia sic tu non potuisti occidere ex mandato meo, quod iam seriò revocatum scivisti, sed occidisti ex mero tuo arbitrio: consequenter solus restitutioni, & irregularitati obnoxius eris. Et insuper non poteris iure exigere, vel acquirere mercedem illam, cum scias pactum à me esse rescissum: & adhuc insuper obligaberis ad resarciendum mihi, quidquid damni ex tali homicidio tuo, mihi fortè imputato, obvenit. Ita ex communi Lugo *tom. 1. de justit. disp. 19. Sect. 2. §. 1. n. 24. Tamb. lib. 8. tract. 4. c. 2. §. 1. n. 6.*

11 II. Quòd si facta à mandante revocatio mandati ante executionem ad notitiam mandatarij non pervenerit, isque exequatur, & damnum inferat, jam mandans manebit obligatus ad restitutionem: quia non obstante sua revocatione, adhuc vi sui iniqui mandati damnum efficaciter secutum est. Quòd si verò revocatio mandati mandatario quidem innotuata fuit, is tamen vel non credens seriam esse revocationem, aut inculpabiliter oblitus, postea nihilominus exequatur, in rigore loquendo, mandans adhuc

adhuc manet obligatus ad restitutionem ; reverà enim adhuc mandatum est causa principalis illius damni : mandatarius enim reverà adhuc movetur vi præcedentis mandati ad inferendum damnum ; habet enim quasi duplex motivum, scilicet mandatum præcedens, quod verum est ; & perseverentiã mandati, quæ falsa est : ad obligationem autem restituendi sufficit, quòd mandatum sit causa saltem partialis damni inferendi, quod etiam in aliis patebit, ut benè probat *Lugo cit.*

At, quid si quidem vellem, sed non valeam amplius revocare mandatum meum tibi datum de damno inferendo alteri ; possum tamen alterum admonere, ut sibi caveat, & spes adest evadendi damnum, teneor ne illum admonere ex justitia ? Resp. Te sine dubio obligari. *Ratio est* : Quia teneris facere, quantum potes, ne tuã causã injustè damnum proximo inferatur. Quoad damnum vero, vel periculum proprium, ita distinguendum est. *Primò* : Si ex tua admonitione incursum sis damnum æquale, vel quasi æquale (multò magis, si minus) quàm sit damnum inferendum ex tuo mandato tertio innocenti, adhuc obligari admonere. *Ratio est* : Quia actio injusta mandati tui obligat te ad amovendum damnum ab innocente, cujus injusta causa esses, non obstante proprio æquali, vel quasi æquali periculo tuo, cum in pari causa melior debeat esse conditio innocentis, quàm tua nocentis. Quare si vita Petri tunc periclitetur, tuã vitã : si fama, tuã famã ; si bona temporalia, tuis bonis temporalibus redimenda sunt. Est hæc communis,

& certa doctrina de calumniatore, vel falso teste in
 iudicio, qui tenetur retractare etiam cum suo a qua-
 li periculo, quando retractatio est profutura, ut vi-
 debimus in octavo Præcepto. Eadem autem præ-
 sūs est ratio in proposito de aliquo iniquè manda-
 te. Quòd si verò ex admonitione tua imminet
 damnum tibi longè majus, vel altioris ordinis, quam
 sit damnum proximo ex mandato tuo inferendum
 tunc excusaberis à præmonendo: quia censeris mor-
 taliter non posse præmonere, quæ enim multum
 difficilia sunt, judicantur moraliter impossibilia. U-
 de si Petro ex mandato tuo inferendum sit solum
 damnum in bonis fortunæ, non teneberis tu eum
 admonere, si ex illa admonitione tua vita, vel fama
 certò periclitetur. Vide pluribus Lugo *cit. §. 1. n. 31.*
 & Dianam *p. 4. tr. 2. de irregularitate respo-*
lut. 14.

- 13 III. Quòd si mandatarius excedat mandatum in
 damno inferendo: ut si iustus est verberare, & oc-
 cidat; Si iustus occidere, simul domum incendat,
 cum tamen sine incendio occidere potuisset: tunc
 excessum illum non mandans, sed mandatarius ex-
 equens compensare tenetur; quippe non ex man-
 dantis mandato, sed exequentis malitiâ secutum.
Excep̃t: Nisi excessus ille, aut ratione actionis peri-
 culosæ præceptæ quasi necessariò, aut casu, & præ-
 ter intentionem mandatarii sequatur, ut si iustus
 graviter lauciare, & occidat; aut iustus occidere
 Petrum, per errorem occidat Paulum; aut iustus
 incendere, domum, casu simul occidat, vel com-
 buratur homo &c. tunc enim mandans tenebitur
 ad

Cap. III. *Sett. 1. De cooperantibus ad damnificationem. 235*
ad compensandum totum damnum : quippe ratione imperii sui efficaciter secutum, juxta communem DD. Sententiam apud cit. Dianam p. 8. tract. 7. resolut. 33. Tamb. cit. n. 3.

At, quid si mandatarius ipse propter executionem mandati mei damnum patiatur v. g. jussu meo occisurus, occidatur ipse; aut ob homicidium, vel furtum ex meo jussu patratum, ad rotam, furcam, vel triremes condemnetur; teneor ne ego ei resarcire damna? Respondeo cum distinctione. Vel enim alter se sponte mihi obtulit, aut sponte, aut liberè acceptavit mandatum meum, & maximè si pretium accepit: & tunc ego mandans ad nihil tenebor: tunc enim ille ultrò periculo se objecit, ideòque nullam à me injuriam passus, in nullo erit resarciendus, (Idemque per occasionem dic de consulente, si enim alteri consului malum facere, unde is consilium secutus, damnum passus est. ad nihilum obligabor: quia liberum fuit consulto tale consilium acceptare, scienti autem, & volenti non fit injuria, & Juristarum scitum est: *consilii non dolosi, nulla obligatio*) Vel alter fuit à me deceptus, vel coactus suscipere mandatum illud damnosum sibi: & tunc utique obligabor ei, quia tunc damnum illius sequitur ex ipsa injuria mea per meam deceptionem, vel coactionem ipsi illatum. Limita tamen: dummodò damnum illud tale sit, quod communiter contingere soleat ex actione precepta: tunc enim indirectè saltem censetur voluntarium mandanti. Secus, si damnum sequeretur prorsus extraordinariè: ut si jussu meo occisurus alium, in itinere casu
perea,

Pereat, v. g. equo lapsus, à latrone invasus, naufragio &c. tale enim damnum utique minimè præsumum, non erit neq; indirectè voluntarium mandans, nec propterea illi sub pæna restitutionis imputandum. Sic cum aliis *Tamb. cit. num. 3.*

¶ IV. Si quis certò sciat alterum paratum ac resolutum esse, seu jam omninò decrevisse in gratiam sui tertio damnum inferre: v. g. inimicum occidere, neque prohibeat, cum facillè possit, tunc ipsum censeris mandantem, & ad restitutionem obligatum foro conscientia, absolutè affirmat *Molina cit. tom. 3. disp. 729. n. 6.* Sed rectiùs distinguit cum *Rebello*, & aliis *Laym. lib. 3. tract. 2. c. 5. n. 2.* Vel enim etiam alter in tui gratiam occisurus v. g. scit te malignum suum propositum cognitum habere, & non contradicere, nec impedire velle, cum facillè possit, & tunc censeris moraliter cooperari ut consentiens, & consequenter obnoxius fies restitutioni. Vel aliter nescit, te suum intentum scire &c. & tunc factò damno, non teneberis ut mandans, cum nullo modo à te motus alter damnum inferat. Sed bene aliquando obligaberis, ut non obstans: si nimirum ex officio, vel justitia obligatus sis damna proximi impedire: ut si damnificaturus sit tuus subditus, filius, servus &c. Denique, si verò solùm ratum habens damnum in sui gratiam, ab alio illatum tertio: ut si in mei omninò ignorantis gratiam, meoq; nomine, putans scilicet mihi rem gratam facere, alius amicus, filius, famulus, damnum inferat tertio, nomine meo occidat, vulneret, spoliet, &c. egoq; factum postea cognitum ratum habeam, & approbem

Sect. 1. De cooperantibus ad damnificationem. 237

bem in foro conscientiae ad nullam obligor restitutionem: nisi quatenus inde ditior fierem furto, rapina &c. Ita contra *Paludanum, Angelum, Sylvest. Navarr. c. 17. n. 133.* rectè docet communis DD. *Molina proximè citatus n. 3. Lessius l. 2. c. 13. dub. 3. n. 13. Valq. de restit. c. 9, §. 1. n. 19. Laym. cit. n. 3. Lugo §. 1.* Ratio est: Quia in nullo cadit obligatio restitutionis ex delicto, nisi is sit causa aliquo modo influens in damnum injustè illatum: sed ratum habens, & approbans tantum damnum ab altero in sui gratiam jam factum, nullo modo est causa influens in damnum; quippe jam præteritum, ad præteritum enim non est potentia, nec actio: ergo quamvis peccet in affectu maligno, non tamen tenetur restituere.

Nec obstat: quòd talis ita habitualiter fuerit dispositus, ut ipse quoque mandasset, vel consulisset, aut consensisset, si interrogatus fuisset: quia dispositio habitualis, sicut nihil ponit in effectu, ita nihil facit ad obligationem restituendi, ad quam requiritur, quòd quis aliquo modo defacto concurrerit efficaciter ad damnum inferendum, & non sufficit, quod si scivisset, concurrisset: ut per se patet.

Regula autem illa Juris *IO. in 6. Ratihabitio-17?* nem retrotrahi, & mandato non est dubium equiparari, locum habet solum in negotiis gestis, ac contractibus plerisque, qui alterius nescientis nomine celebrati subsequenti ratihabitione velut retrotracta confirmantur, perinde ac si mandatum ejus præcessisset: minimè autem habet locum in delictis quoad obligationes naturales maximè, qualis est obligati-

obligatio restituendi ; licet possit etiam habere locum quoad pœnas à Jure, vel Judice secundum præsumptionem fori externi justè infligendas in ratum habentes commissum crimen in gratiam sui. Sic enim speciali Jure Canonico pœna excommunicationis lata in percussores Clericorum, extenditur etiam ad ratum habentes percussorem vel occisionem Clerici in sui gratiam factam ab altero, de quò latius in quinto Præcepto.

§. III.

Consilium, Suasio, Consulens, Suadens.

- 18 **S**ecunda persona, & causa cooperans ad injustam damnificationem tertii post mandantem meritò est consulens, vel suadens : omnis nimirum, qui aut intellectum alterius rationibus, aut motivis imbuat, dirigit, instigat, urget : aut solum voluntatem movet, & impellit, hortando, rogando, terrendo &c. ad damnum aliquod inferendum tertio : talem contrahere obligationem restitutionis pro damno ex ejusmodi consilio, vel suasione re ipsa secuto, nimis certum est ex ratione universali §. 1. data, consulens enim damnum, est verè causa illius, ut meritò *Aristoteles. 2. Phisicorum textu 27.* consulentem, vel consultorem reducat ad causam efficientem. At specialia rursus notanda sunt.
- 19 I. Consulens ad damnum inferendum alteri ex suo consilio efficaciter secutum, ut nimirum alius ex illius consilio permotus re ipsa dânnum tertio intulerit, adeò obligatur ad damni illati compensationem, ut sæpè contingat ipsum solum consulentem

tem teneri ad compensationem totius damni secuti; ipse verò exsequens omninò liber, & excusatus sit, utpote Consilarii Principum, Advocati, Jurisperiti, Consilarii &c. quos Princeps, Cuius, confitens, rudes homines, bona fide secuti damnum inferentes, ad nullam restitutionem obligantur, nisi quatenus inde ditiores facti essent, post veritatem cognitam, sed soli consulentes. Ut si quis Jurisperitum præferens suadet alicui damnum inferre, contractum inire, dicens esse justum, executor autem juris imperitus, invincibiliter ignoret esse injustum, is, secuto damno, ob bonam fidem, & à peccato, & à restitutione immunis erit, solo consulente obligato: ut ex communi omnium consensu notant Molina tom. 3. poster. disp. 730. Laym. cit. n. 3. Secus autem est, quando exequens ipse intelligit consilium esse injustum, sicque mala fide damnum inferat: tunc enim is primo loco obligatus manebit, & in ejus defectu primò consultor, vel suafor, juxta dicenda inferius.

II. Quoad culpam requisitam ad contrahendam obligationem restituendi damnum ex malo consilio secutum ita distinguendum est. Si consulens talis persona sit, quæ ex officio consulere teneatur, aut ratione status, ac muneris sui eam peritiam profiteatur in ea re, quam suadet, ut Doctor, Consiliarius, Advocatus, Confessarius, Medicus, Chirurgus &c. tunc non tenebitur tantum, de dolo, & culpa Theologica gravi, sed etiam in Sententia communi ex culpa politica lata, imò & levi, si consilium etiam cedit in ipsius commodum, utpotè, quia
sala

salarium, vel beneficium inde habet: ut patet ex d^o Etisio. *præced. de restitut. ex contractu, vel quasi contractu*: addita sententia mitiori quoad culpam politicam tantum pro foro conscientiae. Peccant ergo contra justitiam, & ad damnorum secutorum restitutionem obligantur Theologi, Juristæ, Consiliarii, Confessarii, si per culpam, negligentiam, & ignorantiam crassam malè consulendo causam præbeant damni spiritualis, vel corporalis tam perlonæ consultantis, quàm alterius tertiæ: ut si obligatum restituere, aut volentem injustum contractum inire malè informet. Væ hîc negligentiae supina multorum! At verò si consulens talis persona non sit, quæ ratione statûs, vel muneris sui peritiam rei consulendæ profiteatur, non obligatur ex malo consilio, nisi doloso, hoc est, nisi scienter, & fraudulenter alterum ignorantem circumveniat, juxta regulam juris 62. in 6. *Nullus ex consilio, nisi fraudulentum sit obligatur*: & regul. 37. ff. *Consilii non fraudulenti nulla est obligatio*. Quòd omnes intelligunt de consilio liberè dato, ab amico v. g. non ex officio debito. Ratio discriminis est: Quia personæ, quæ peritiam præferunt ex officio, vel munere suo, quâ tamen carent, hoc ipso decipiunt alios suum consilium secutos per simplicitatem: qui autem talem peritiam non præferunt, horum consilium nemo sequitur, nisi prius explorârît, num expediat, nec ne; ut dicitur in Jure Civili *L. 2. in fine ff. mandati*.

21 III. Quamvis mandans, revocato mandato iniquo, salvetur, ut dictum est: consulens tamen ali-

Señ. 1. De cooperantibus ad damnificationem. 245

cui damnum inferre tertio, quamvis ante executionem revocare conatus sit iniquum consilium, damno tamen secuto, non liberatur ab obligatione restituendi, secundum communioem, ac tutiorem Sententiam DD. Navar. Tollet, Azorii, Gomez. Lessij, Molinae, cit. disp. 731. aliisque cit. Laym. tom. 1. lib. 1. de excommunicatione, tract. 5. p. 2. c. 5. n. 7. Lugonis, & aliorum, ita rectè distinguendum. Quando consilium solum datum est ad sciendam *veritatem*: ut si Doctor consulatur, an aliquis contractus sit illicitus, an talis medicina sit salubris &c.; tunc si datum consilium malum ante executionem revocetur, etsi damno adhuc secuto, liberabitur consulens ab obligatione restituendi; tunc enim operans non potest operari ex consilio, vel autoritate consulentis, quippè, quo revocato ipsemet fatetur se esse deceptum. Quando verò consilium datum est ad sciendam *utilitatem*, eoque moverur quispiam ad damnum injustum inferendum, proposita rei utilitate, commoditate, vel voluptate, ipsi inferenti damnum proventura ex damno alterius, &c. & tunc. in rigore vera est sententia, etiam revocato consilio ante executionem, damno tamen secuto, non liberari consulentem ab obligatione restituendi. *Ratio*, & manifesta disparitas est inter dare mandatum, & dare consilium: quia mandatum præcisè influit propter voluntatem perseverantem mandantis, quo proinde voluntate revocata omninò cessat influere mandatum: ut supra ostensum. At verò consilium non influit ullo modo propter voluntatem perseverantem consulentis

sed propter motivum utilitatis, commoditatis, vel voluptatis à consulente in opere injusto patrando propositum: ut si consulas homicidium ob decorem tibi vindictam; vel abortum ad evadendum infamiam; occultum, & tutum modum furandi &c. Atqui etiam consulens tunc revocet suum consilium, & ab opere patrando rursus dehortetur, nihilominus tamen manet, vel potest manere adhuc à te propositum motivum alterius menti impressum, illiúmque, non obstante tua revocatione, adhuc re ipsa movere ad opus injustum patrandum, & damnum tertio inferendum: quo casu consilium tuum, non obstante tua revocatione, objectivè tamen adhuc movet reverà: neque enim in tua potestate est motivum illud, & quasi motum malignum alterius menti impressum pro tuo arbitrio remove, nisi alter spontè consentire velit. Et sunt motiva illa velut arma, quibus armasti homicidam, vel furem ad inferendum damnum, licet postea petas, & consulas, ne iis malè utatur, si tamen nihilominus utatur, semper tu denominaberis causa damni secuti, quod prius volebas, & prævidebas in causa data, certe prævidere tenebaris fieri posse, ut malignum motivum alteri impressum amplius extorquere non possis, quin eo adhuc motus damnum inferat: ergo damno secuto, non obstante tua revocatione, manebis obligatus ad compensandum damnum secutum.

22 Dixi tamen, & fateor *in rigore* verissimam esse hanc sententiam speculativè. Quia ad praxin tamen, & maximè de post facto, non possum negare

Seçt. I. De cooperantibus ad damnificationem. 243

probabilem esse oppositam sententiam gravium
DD. S. Antonini, Sylvest. Nav. Fillintii, & alio-
rum, quos sequitur Diana p. 2. tract. 16. resolut.
15. & probabilem censet Laym. loc. cit. n. 7. in fi-
ne. Nimirum ejusmodi consulentem, postquam
consilium suum seriò revocavit, & confutavit, ni-
hilque omisit ad dissuadendum, & avertendum ho-
minem ab opere maligno consulto, si is nihilomi-
nus in maligno proposito perseveret, liberari ab o-
nere restitutionis, & damnum postea secutum, ma-
litiæ executoris potiùs, quàm consilio dato tribu-
endum esse: nam talis fecit, quantum potuit ad im-
pediendum damnum. Tenebitur tamen prius, si
absque equali, vel majori damno possit damni-
ficandum monere de damno imminente: idque ex
Charitate secundum omnes: & omninò etiam ex
justitia: cum enim damnum re ipsa sequatur ex suo
dato consilio, quamvis revocaro, utique ex justitia
tenebitur illud quibuscunque potest modis amove-
re, vel impedire, ut aliis cis. docet, Lugo eadem
disp. 19. sect. 2. §. 1. De hoc nos iterum specialius
in quinto Præcepto, de consulente homicidium, &
maximè abortum.

IV. Quòd si aliquem jam resolutum, & deter-
minatam, vel ex se, vel ex consilio, vel instinctu a-
liorum, alteri injustum damnum inferre, tu consi-
lio, & hortatu tuo accedente, magis etiam confir-
masti: te non obligari ad restitutionem docet pro-
babilis, & communis Antiquorum Sententia supra
I. N. III. allata. Contra: te etiamnum obligari
docet communior Sententia RR. ibidem N. IV. al-
lata

244 *Tract. IV. Pralim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. III.*
lata. Ego, quoad consulendum, utramq; Sententiam
veram credo sub distinctione, & ratione diversa.
Si enim tu consilio, & hortatu tuo verè efficaciter
movisti, ita ut etiamsi alter ex se, vel aliunde resolu-
tus, vel determinatus fuisset, tamen solo tuo con-
silio, & suasu motus damnum intulisset: & tunc
omninò verum est, te obligari ad restitutionem dam-
ni secuti: quia defacto revera efficaciter causatus
est etiam sine tuo concursu, & consilio damnum
adhuc inferendum fuisset. Ratio data est *ibid.* §. 1.
N. IV, Quòd si verò defacto non ita efficaciter
movisti, quia nimirum solo tuo suasu non permov-
visses alterum, nisi jam aliundè satis motus, & de-
terminatus fuisset: etsi in proposito maligno con-
firmâris, aut etiam impuleris, ut citius, animosius,
aut etiam crudelius damnum inferret: & tunc pro-
babilissimum est, te non obligari ad compensationem
nisi fortè de excessu. Sic *D. Thomas, Nov. alii supra allati.* Ratio est: Quia quando alter ali-
unde adeò jam resolutus, & determinatus erat ad
damnum inferendum, ut non solum absque tuo
consilio intulisset, sed etiam solum tuo suasu motus
non fuisset, tunc reverà non fuisti causa efficax, ut
damnum absolute, & quoad substantiam inferretur,
sed ad summum quoad modum, & qualitatem. Ne-
que referre videtur, quòd hortatu tuo causa fuisset,
ut citius, expeditius, alacrius damnum inferretur,
quia moraliter loquendo, parum, vel nihil interest
ad damnificationem, quòd citius, vel tardius damnum
inferatur, si absque dubio inferendum sit: quemad-
modum, si domus, vel seges inimici mei conflagra-

ret sine ulla spe auxiliis, & ego ex odio flamma ad-
derem, ut citius absumatur, licet peccem, quia ta-
men novum damnum nullum facio quoad substan-
tiam, non obligor ad restitutionem. Ita cum Less.
& aliis Laym. cit.

Dixi tamen: *Nisi fortè de excessu*: Nam si con-24
silio, vel hortatu tuo, aut etiam jussu causa fuisti, ut
majus damnum inferretur, quam alioquin illatum
fuisset, utique teneberis ad restitutionem, sed de ex-
cessu tantum v. g. Si furi per se parato furari cen-
tum, persuasisti furari mille, secuto effectu, contra-
hes obligationem restituendi nongenta tantum: ut
(contra *Adrianum, & Molinam, cit. disp. 736.*
n. 2. volentes te obligare ad restituendum totum)
rectius resolvunt *Navar. Medina, Rebellus, aliis-*
que cit. *Lessius, Laym. l. 3. de justit. tr. 2. c. 5. n.*
5. & Diana p. 3. tract. 5. resolut. 47. Ratio pater:
Quia ad excessum tantum efficaciter movisti, non
ad reliquum, quod alioquin secluso tuo suasu, fa-
ctum fuisset.

Contra verò: Quid si quis resolutus sit majus25
damnum inferre, vel plus furari, licebitne suadere
furari minus, aut minus damnum inferre; posito,
quod totum damnum, vel malum impedire non
possis? Certum imprimis est apud omnes, id licere
respectu ejusdem certæ Personæ damnificandæ: ut
si fur determinatus sit furari Petro centum, aut oc-
cidere ipsum, si à proposito amoveri omninò non
possit, licitè suadebis, rogabis, imò etiam juvabis
furari quinquaginta tantum, aut solùm benè verbe-
rare, absque omni onere restituendi: quia directè

Q3 non

246 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. III.*
non concurris ad damnum inferendum, sed potius
præcisè ad gravius damnum impediendum, adeo
que utiliter rem alterius gessisti etiam laude, &
præmio dignus.

26 At verò respectu diversarum personarum certum
ita distinguendum est. Quòd si fur v. g. jam
paratus furari cogitavit de utraque persona, Petrus
v. g. & Paulo, & utrique volebat furari, vel ambigebat,
cuiam potiùs furetur: licitè rursùs potest
consulere, ut potiùs furetur Petro ditiori, quam
Paulo egentiori, saltè ut illi potiùs furetur minus
quam huic plus. *Ratio est*: quia directè non
operaris ad damnum inferendum Petro, sed solum
furi explicas veritatem aliquam certam & utilem,
nimirum minus peccatum esse furari à ditiore, præ-
sertim minus, quam ab egentiore plus: Petrus tu-
teim ditior licet habeat jus retinendi rem suam, non
tamen habet jus cogendi te, ut non explices proxi-
mo veritatem utilem: idèòque jure, & rationabi-
liter non potest esse invitus contra te ita consulere
tem: nec consequenter incurres obligationem res-
tituendi.

27 At verò, si fur jam resolutus sit furari plus ab ali-
quo, nihil cogitans de aliis, illicitum erit, & res-
titutioni obnoxium suadere ei, ut furetur minus ab
alio, de quo ipse nihil cogitabat, aut si cogitabat, ta-
men furari volebat. *Ratio iterum est*: Quia licet
ille alius Paulus v. g. non habeat jus, ne tu furi ex-
plices veritatem illam utilem, & honestam (scilicet
minus esse peccatum furari minus à divite, quam
plus ab egentiore) habet tamen jus, ut tu possit

Señ. 1. De cooperantibus ad damnificationem. 247

& directe non adjuves ad damnum inferendum ei, v. g. furi scalas præbendo, januam aperiendo &c. atqui in proposito, si furi volenti plus furari à Petro persuadeas furari minùs à Paulo ditioze, de quo tamen ille nihil cogitabat, vel furari ipsi nolebat, potestivè, & directe cooperaris ad furtum illi inferendum, ac morali æstimatione tantundem, imò plus facis, ac si furi januam Petri ad furandum aperires, dum ad furtum designas illum, de quo fur ille nihil cogitabat; ergo veram injuriam inferens restitutioni obnoxius fies. Ita (contra aliorum varios loquendi modos satis obscuros) ex communiori doctent Vasq. *Opusculo de restit. c. 9. §. 1. Lugo disp. 19. señ. 2. §. 2. n. 47.* Generaliter autem, quomodo volenti committere peccatum majus, liceat suadere, vel inducere ad peccatum minus, videbimus in materia de scandalo.

§. IV.

Consensus & consentiens.

Tertia persona, & causa cooperans ad injustam²⁸ damnificationem alterius consulenti valde affinis, est *consentiens* in damnum alteri inferendum utique semper peccans saltem contra Charitatem, cum omnis deliberatus consensus in malum, malus sit. At verò, ut peccet etiam contra justitiam, & onus restitutionis contrahat, debet esse consentiens consensu efficaci dependentiæ. *Explico.* 29

I. *Consentiens enim consensu inefficaci, & simplicis complacentiæ tantum; ut si videns alios furantes, à te minimè dependentes, complaceas, arrideas*

Q 4

an-

annuas, v. g. dicendo : facite, quod placet, per me non scietur ; talis namque licet peccet contra iustitiam in affectu (quod ipsum solum est contra Charitatem) non tamen in effectu : quia non influit in damnum, quippè à suo consensu omninò independentens ; consequenter non tenebitur ad aliquam restitutionem secuti damni, ut consentiens, nisi aliquando ut non obstands, quando scilicet ex iustitia teneretur impedire damnum alterius. Excipitur tamen per omnem modum, nisi ita consentias in damnum alteri inferendum v. g. homicidium, ut tuo nomine, & in tui gratiam patrandum ab altero aliàs minimè patraturò : tunc enim æquiparaberis mandanti, & ut vera causa moralis damni secuti ad restitutionem obligaberis; juxta omnia dicta §. 2.

De mandante. Universaliter ergo debet esse

- 30 II. *Consentiens consensu efficaci dependentia: utpote suffragio decisivo, aut tali consensu, à quo damnum inferendum, ipsèque inferens omninò depèdet, ita ut is vel non posset, vel non vellet damnum inferre alteri, nisi ille consentiret, vel suffragaretur.* Talis consentiens injustam damnificationem alterius, & cum cæteris cooperantibus ad restitutionem obligabitur. Et potest esse vel consentiens totalis, ut Superior, Dominus, Pater consentiens in damnum inferendum à subdito, servo, filio : & tunc liquidò tenebitur ad restitutionem totius damni in solidum. Vel consentiens partialis, ut Consiliarius, Consultor, Senator, Vocalis in Consilio, Senatu, Capitulo, Electionibus, consentiens suo voto, vel suffragio in damnum inferendum, in-

justas exactiones, indignas electiones &c. & tunc ita distinguendum est.

III. Quando ad aliquam causam decidendam requiruntur vota, seu suffragia omnium, tunc omnes tenebuntur ad compensationem damni ex suo consensu, & voto suo iniquo secuti: quia nimirum omnes dederunt causam damni secuti. Quando verò non requiruntur suffragia omnium, sed sufficienti majora, seu suffragia majoris patris: postquam jam completus est sufficiens numerus suffragiorum à cæteris superioribus ad damnum inferendum, ut licet tu suffragium tuum neges, vel oppositum censeas, nihil tamen effecturus sis, neque damnum impediturus, peccabis quidem contra justitiam simile suffragium ferendo, & tuum votum addendo; attamen ad compensationem damni secuti non teneberis, juxta communem *DD. Nav. Molin. Vasq. Laym. cit. n. 6.* ac aliorum *supra relat.* Ratio est; Quia tunc tu non fuisti causa damni, cum ante tuam suffragationem, votationem, sufficiens, & efficax causa damni jam posita fuerit. Secus dicendum, quando tu. aut prior, aut inter priores suffragium iniquum dedisses: tunc enim una cum aliis causa efficiens damni secuti fuisses, & consequenter restitutioni obnoxius, nihil obstante, quòd tamen tu non suffragatus fuisses, nihilominus per reliquos eadem sententia lata, & damnum secutum fuisset, ut meritò notat *Molina cit. disp. 732. n. 3.* Aut, si speres te, etsi posteriorem, contradicendo autoritate, vel gratiâ aliis persuadere posse, ut iniquam sententiam mutant: tunc enim ex officio ad

250 *Traët. IV. Pralim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. III.*
id obligaberis: alioquin si dissimules, teneberis de
damno secuto, si ut *non consentiens*, certe ut *mutus*,
seu *non obstans* damno inferendo, cum tamen effi-
caciter obstare posses, ut supponimus, & ex utro-
que *Navar.*, rectè notat *Laym. cit.*

32 IV. At, quid dicendum in dubio de prioritate
suffragiorum? E.g. In Concilio viginti suffragato-
rum secretis suffragiis decretum fuit injustum tri-
butum populo imponendum, injusta multa, vel
simile quid: suffecissent tota suffragia majora, ni-
mirum undecim, at fuerunt quindecim. Jam omnes
hi dubitant (& tu etiam unus ex illis dubitas) an
suffragium suum fuerit ex primis undecim, adeoque
an ad restitutionem teneantur? Nam omnes con-
tra justitiam peccasse rei injustæ consentiendo, pe-
lam est; ut notat *Lessius lib. 2. c. 13. dub. 3. n. 22*
& 23.

33 *Prima* sententia affirmat omnes ad restituti-
onem in solidum teneri: quia omnes conflant in
nam causam adæquatam totius damni injusti; sicut
si decem trahunt navim, et si novem, vel octo
etiam traherent, tamen omnes trahunt: ita in pro-
posito. Sic *Merolla* apud *Tamb. lib. 1. Decal. c. 3.*
de Conscientia §. 7. v. suffragium.

34 *Secunda* Sententia absolutè negat ullum teneri.
Quia singuli sunt in possessione certa suæ pecuniæ,
vel facultatum, quâ non possunt spoliari per solum
dubium, nisi obligatio sit luce meridiana clarior. Ita
Rebellus, Sayrus, Henriq. Granado, Diana, alij apud
Lugo mox citandi. Utraque Sententia non impro-
babilis.

Sect. 1. De cooperantibus ad damnificationem. 251

Tertia. Sententia probabilior, & melior obligat, quidem omnes; at non ad damnum totum in solidum, sed solum ad partem pro rata dubii. Sic cum aliis congestis *Molina disp. 736. n. 6. Lugo disp. 19. sect. 1. n. 22.* Ratio est: quia cum damnum illatum certum sit, & omnes dubitent, an ipsi sint causa efficax illius damni, certe omnibus collective, sumptis incumbit certa obligatio restitutionis: non quidem singulis in solidum, cum nullus de se certus sit, se damnum efficaciter causasse: ergo singulis pro rata parte. Alias rationes, aliaque pulchra videre potes apud eosdem *Mol. & eundem Lugo loc. cit. & rursus ibidem sect. 2. §. 3. & 5.*

§. V.

Palpo.

Quarta Persona & causa cooperans ad injustam damnificationem proximi dicitur *Palpo*, palpans vel palpator: & est is, qui adulando, & laudando, vel commemorando hominis nobilitatem, excellentiam, vires &c. vel exaggerando acceptam contumeliam, dedecus, contemptum minimè inferendum &c. aut contra irridendo, vituperando, exprobrando alterius ignaviam, vecordiam, pusillanimitatem &c. atque ita alterum efficaciter incitat, & promovet ad actionem injustam, vindictam, vel quodvis damnum inferendum tertio, ita ut alter sine tali palpatione damnum non intulisset, Talis tanquam vera causa actionis injustæ sine dubio peccat contra justitiam, & contrahit obligationem restituendi pro damno secuto, sicut quælibet alia causa
posi-

positivè & efficaciter cooperans ad damnum alterius. At vix apparet quomodo taliter palpans in modo cooperandi differat à consulente, vel suadente; eadem enim est ratio utriusque, ideoque dicta §. *preced.* per omnia etiam sunt applicanda palpanti, nec speciale aliud addendum superest.

§. VI.

Rekursus.

37 **Q**uinta Persona, & causa cooperans ad injustam damnificationem proximi est *Recipiens*, seu recursum præbens, custodiens, defendens damnificantes, in ordine ad damnum injustum inferendum, aut illatum non compensandum; si ratione illius recursus, vel receptionis reverà damnum sequatur aliàs non secuturum: talis omnium consensu ad restitutionem obligatur, tanquam positivè cooperans ad damnum illatum, & non compensatum. Uti sunt. 1. Advocatus, & quivis alius causæ manifestè injustæ patrociniū apertè, vel occultè suscipiens. 2. Caupones, vel alii, qui filios familias contra parentum voluntatem domo excipientes ad prodigendas pecunias à parente profectitias computationibus, lusibus &c. ut benè probat Molina, *disp.* 733. Receptor furis quatenus formaliter fur est, vel detentor rei alienæ, videlicet ex expressa, vel tacita intentione, ac in ordine ad commodius, vel securius furandum, vel res furtivas deponendas, vel detinendas. 4. Item ipsam rem furtivam recipiens celandi causâ, hi enim furti crimen committere censentur, & etiam in foro externo eadem

pœnâ

pœnâ digni judicantur, juxta Regulam Juris L. 3. §. Non tantum ff. de incendio: Ubi dicitur: Receptatores non minus delinquunt, quam aggressores. Quod notent, qui scienter rem furtivam à fure emunt, & servant, verè enim receptatores furis sunt: idque maximè, si exinde fures ad deinceps furandum magis animentur.

Dixi autem notanter: *Quatenus formaliter fur* 38
est: Nam adverte benè. I. Non semper, si latro vel fur ad te divertat, statim eris receptator, & restitutioni obnoxius, sed si ita divertat, ut tu expresse, vel tacitè promittas ei recursum præbere, unde ipse securus de receptione, furatur, damna infert, vel injustè ablata reponit. Similiter, si post factum commissum, furem domo recipias, & occultes, dum eum lictores persequuntur ad judicium, si eatione fiat, ut furi spes præbeatur impofterum similis recursus, quo confusus, tunc evadens rursus damna inferat, eris receptator & ad damna illata compensanda obligatus. Non item, si seclusa ejusmodi spe impofterum, solùm pro tunc recipias ex commiseratione ut hominem, vel forte amicum, aut consanguineum tuum &c. ne capiatur, infametur, & pœnam præsertim capitalem luat: tunc enim (nisi obstet justum mandatum Magistratûs) nullum crimen committis, nec ulli injuriam inferes sic recipiens. Idèmq; universaliter dicendum de recipiente furem, vel damnificantem materialiter tantùm, v. g. quatenus homo miser: vel amicus, vel consanguineus est, aut quia domus est communis, quâ omnes adventantes sine discrimine recipi

cipi solent, aut quia recipiens ignorat esse talem &c. tunc enim recipiens non formaliter per se, sed materialiter tantum, & merè per accidens concurreret ad damna, si quæ postea sequantur. 3. Propter eandem rationem Molin. *cit. disp. 732.* Lugo aliique apud Tamburin. *lib. 8. tr. 4. c. 2. §. 4. n. 1.* rectè excusant à culpa & restitutione Advocatos, & Procuratores, qui defendunt fures in iudicio in iis, in quibus ipsimet fures se defendere jure possunt (utpote quando crimen omninò est occultum, vel nondum semiprobatum, aut quando injustè vexantur non servato juris ordine) eos enim defendunt non ut fures formaliter, sed ut homines jus habentes defensionis in prædictis. Quodsi inde damna aliis illata non compensentur, non justè defensionis, sed furis, ad eam compensationem semper obligati, malitiæ imputandum erit.

39 *Nec obstat denique*, quòd ejusmodi fures sic benignè recepti, & defensi, postea probabiliter redituri sint ad nova latrocinia, nec ablata reddituri hoc enim ut modo dictum, ipsis imputabitur, non sic misericorditer receptantibus, vel justè defendentibus merè materialiter. Tandem cum ejusmodi receptatio sit actio merè indifferens de se, omnino poterit admittere causam excusantem à culpa, & restitutionis debito, utpote metum mortis, vel alterius mali proportionaliter, ut iterum in simili dicam §: *seq.* Qua ratione ipse excusare coactus sum caupones in hospitiiis solitariis ita recipientes latrones ob metum incendii domus sibi incussum, & alicubi etiam factum.

§. VII.

Participans.

Sexta Persona, & causa positivè cooperans ad in-
justam damnificationem proximi est *participans*, non tantum in ipsa re injustè ablata, vel detenta, ut qui cum alio fure immediatè furatur, prædàmque partitur, talis enim ut causa principalis, vel saltem partialis damni ratione injustæ acceptionis tenetur ad restitutionem pro rata sua, & non ut cooperans, vel ratione cooperationis, nisi ita cooperetur alteri, ut sine ipso alter damnum inferre non potuisset, vel ausus non fuisset, tunc enim tenebitur etiam ut cooperans in solidum, in defectum alterius sed intelligitur *Participans* in actione injusta damnificante alterum, hoc est omnis, qui quocunque auxilio, vel consilio præstito alteri ad damnum inferendum formaliter cooperatur. talis utique ad restitutionem damni secuti obligatus fit, quia talis solus ex causis cooperantibus directè, & physicè cooperatur ad damnum injustè inferendum. Ut, qui furem juvat fores effringere, scalam applicat, & tenet, vigilem, vel exploratorem agit, aut solum comitatur animi agendi causâ. Item faber ferrarius subministrans clavem, præsertim universalem ad fundandum, qui etiam proinde pœnis furti plectuntur, ut patet variis legibus ff. de furtis: quo spectant factores usurariorum, tabelliones, conficientes instrumenta usurarum in gratiam usurarii. Ut ex communi notat Molina disp. 734.

Veruntamen aliqua distinctio hîc adhibenda est. 41

Qui

Qui enim participat cum injustè damnificante in actione intrinsecè mala contra justitiam inexcusabiliter peccat, & semper tenebitur ad restitutionem. Ut qui juvat ad ipsam occisionem, vulnerationem, effractionem, ablationem, vel asportationem rei alienæ. At verò, qui participat in actione secundum naturam suam indifferente, & non ex natura sua intrinseca, sed solùm ex iniqua intentione, & applicatione alterius mala, ut furi asportare, tenere ex gravi metu mortis, mutilationis, atrocis verberationis, aut similis mali; aut ob aliam gravem justamque causam excusari potest & à peccato, & ab onere restitutionis, juxta communem DD. apud cit. Ratio hujus est; quia actionem de se indifferentem ad bonum finem exercere per se licitum est: atqui talis exercet actionem de se indifferentem ad bonum finem, scilicet vitam propriam, vel incolumitatem conservandam: aut aliud grave damnum evadendum: ergo &c. Quod autem eadem actio, vel cooperatio ex iniqua intentione, & usu furis v. g. tendat ad damnum tertii, cooperans habet se metum permissivè, neque enim tenetur cum tam gravi suo incommodo impedire, aut peccatum furis, aut damnum tertii: neque tertius potest esse rationabiliter invitus ob talem cooperationem: sicut enim deberet esse contentus, si ipse damnificans ob tam gravem metum sibi damnum illatum non restitueret, ita sanè multò magis rationabiliter debet esse contentus, quod talis innocens ob tam gravem metum sibi incussum ad damnum suum invitus cooperetur; ergo ex ejusmodi gravi metu, actione de se indif-

Seft. I. indiffe- nec pe- oblige- I. F. bito- dus, p- genda- scilas- quia h- lita da- tur, q- vel ind- repert- intrin- rans te- II. nes, a- vau in- vel pec- non in- do- Turcas- & sarc- la exte- modi- sola ma- stinane- mortis- nos pu- &c. il- sine ex- Tu-

indifferente cooperans ad damnificationem tertiā nec peccat, nec ad compensationem damni illati obligabitur. Et hinc.

I. Excusabitur & à peccato, & à restitutionis debito, qui metu mortis, aut alterius gravis mali coactus, præbet furi claves, vel instrumenta ad effringendas fores, vel arcas: qui domum incendenti scālas tenet, prædam jam ablatam portare juvat &c. quia hæ sunt actiones indifferentes ex sola furis malitia damnificantes tertium. Non item excusantur, qui simili metu adactus ipse fores effringeret, vel incenderet domum, & januas aperiret, vel res repertas foras eijceret &c. tales enim actiones sunt intrinsecè malæ contra justitiam, adeoque iis cooperans teneretur ad restitutionem.

II. Excusantur rustici v. g. qui milites, prædones, aliõsve iniquos possessores ex simili metu juvant in asportandis prædis iniquis, abigendo vaccas vel pecora aliena &c.: gravi enim metu excusati non inferunt domino injuriam, formaliter loquendo. Similiter excusantur Christiani captivi apud Turcas v. g. contra Christianos remigantes, arma & sarcinas asportantes, fossas agentes, propugnacula extruentes &c. ob similem metum coacti; ejusmodi enim actiones de se indifferentes sunt, & ex sola malitia Turcarum ad Christianorum damna destinantur. Non autem excusarentur etiam metu mortis ab ipsis Turcis inferendæ, contra Christianos pugnantes, tormenta explodentes, occidentes &c. istæ enim actiones intrinsecè malæ sunt, nullo sine excusabiles.

44 III. Universaliter & à peccato, & à restitutione excusantur, qui ex quacunque rationabili causa solum materialiter cooperantur alteri ad actiones injustas, & damnum tertio inferendum, quod iis etiam non cooperantibus, adhuc tamen inferretur; v.g. famulus usurarii jussu domini pecuniam numerans non enim cooperatur formaliter ad usuram, vel pactum usurarium, sed solum materialiter ad mutuum usurarium, & etiam secluso auxilio famuli adhuc facile à domino numeraretur, ut observat *Paludanus* apud *Laym.* citatus. Item ancilla domine suæ vocanti auxilium ferens in asportanda cista furtiva, quam etiam sine ejus ope auferret, & furaretur. Item si furi ascendenti scalas teneas, quæ etiam nemine tenente ascenderet, & his similia. Ex communi DD. *Nav. Molin. Less.* alij cum *Laym.* l. 3. tract. 2. c. 5. n. 5. & 6.

45 IV. Secus dicendum, quando tale damnum absque tuo auxilio à fure v. g. inferri non posset: tunc enim tu adjuvans restituendi obligationem non effugies, esto etiam, quod si tu non juvares, alius non deesset, à quo juvaretur, ut cum aliis recte notat *Laym cit.* & in simili jam sæpius notavimus. Sed de his universalius in materia de scandalo, ubi de cooperatione ad peccatum alterius.

§. VIII.

Mutus, non obstans, non manifestans.

46 **S**unt tres reliquæ personæ, & causæ negativè tantum cooperantes ad damnificationem alterius, aliquali, etsi modico discrimine inter se differentes; Nam

Set. 1. De cooperantibus ad damnificationem. 259

Nam *Mutus* dicitur, qui cum posset, & deberet, verbo vel si gnō non impedit, scilicet non loquitur, non prohibet, non clamat, non scribit, vel monet ante damnum factum ad illud impediendum: idque sive respectu illius damnificantis, sive respectu tertij damnificandi.

Non obstant dicitur, qui cum possit, & debeat ipso facto, non impedit, scilicet non defendit, non repellit, non custodit, aut alia actione non avertit damnum, cum defacto infertur.

Non manifestans dicitur, qui post damnum jam illatum non revelat damnificantem, vel non admonet damnificatum in ordine ad damni illati compensationem, vel rei ablatae recuperationem, aut etiam post iudicis edictum ad criminis vindictam; omnes ergo hæ tres causæ comprehendi possunt uno nomine *non impediens* damnum injustum proximi.

Dupliciter autem potest quis obligari ad impediendum damnum alterius. 1. Generaliter ex Charitate tantum. 2. Specialiter, & ex iustitia. Generaliter, & ex Charitate omnis Christianus tenetur impedire damnum proximi, quando commodè potest; nimirum sine graviore, æquali, vel quovis notabili proprio suo periculo, damno vel incommodo, juxta communem doctrinam *in materia de Charitate*. Nam proprius actus, & obligatio Charitatis est proximo benè velle interiùs, & cum necessitas postulat, etiam benefacere exteriùs, & consequenter etiam quodvis ejus malum, vel damnum avertere, & impedire quoad commodè fieri potest.

Specialiter, & ex iustitia obligantur impedire proximi damnum ij tantum, qui vel ex officio, vel contractu antecedente aliorum saluti, & indemnitati studere debent, ut sunt comes Magistratus, Senatores, Consilarii, Advocati, Medici, Custodes, Administratores, Curatores, Famuli &c. omnesque mercede conducti ad res alterius custodiendas, vel procurandum alterius indemnitatem. Jam quaeritur, quandonam ejusmodi non impediens damnum proximi, obligentur ad restitutionem? Contra *Cajetanum, Richardum, Majorem, &* alios quosdam universaliter omnes culpabiliter non impediens damnum proximi ad restitutionem obligantes diximus in Assertionem: *Quando ex Iustitia tenebantur impedire.* Esto ergo

REGULA GENERALIS.

Illi omnes, & soli non impediens damnum alterius, qui ex iustitia, scilicet ex officio, vel contractu obligati erant impedire, obligantur ad damni secuti compensationem; non autem illi, qui solum ex Charitate tenebantur. Ita communis DD. cum S. Thoma 2.2. q. 62. a. 7. Navar. Molina disp. 737. n. 4. Less. Laym. cit. c. 5. n. 7. Lugo disp. 19. n. 9. Ratio jam supra data est: Quia obligatio restituendi oritur solum ex violatione iustitiae commutativæ, quando nimirum alteri aliquid ablatum, vel negatum est, quod jam fuit ipsius, seu ad quod actuale aliquod jus habebat: atqui quando aliquis obligatus ex Charitate tantum, omittit impedire damnum alterius, non omittit aliquid ipsius, seu ad quod alter

Señ. 1. De cooperantibus ad damnificationem. 261

Jus habebat : nullum enim in me jus habet, ut teneat
res ejus custodire, licet ego debitum morale & stri-
ctum charitatis habeam, ut patet : ille autem om-
nis & solus, qui ex justitia, scilicet officio, vel con-
tractu obligatus, omittit impedire damnū alterius,
verè omittit aliquid, quod fuit alterius, seu ad quod
alter jus habet : nam vi officij, vel contractūs initi,
alter verum jus habet, sicut & ego debitum non
morale tantum, sed legale habeo, ut teneat impedi-
re damnum illius : ergò iste tantum contrahit obli-
gationem restituendi, seu compensandi damnum à
se non impeditum, qui ex justitia tenebatur impedi-
re, non autem ille, qui ex Charitate solum obliga-
tus erat, v. g. Si sis custos vineæ à Magistratu con-
stitutus, vel pactò pretiò conductus, contrahis obli-
gationem compensandi damnum, si verbo, vel fa-
cto non impedias fures : at verò si non sis custos,
sed vicinus tantum v. g. peccas quidem non impedi-
endo damna, cum facile posses ; quia solum ta-
men peccas contra Charitatem, onus restitutionis
minimè contrahes. Sed explico utrumque obliga-
tum seorsim quoad specialia.

Obligati impedire ex Charitate tantum.

Non obligantur ad damni non impediti com-
pensationem, etsi facile, imò facillimè, absq;
gravi, imò sine ullo suo incommodo impedire pos-
sent, ideòque non impediendo mortaliter contra
Charitatem peccarint. Nam si sine gravi suo dam-
no, vel periculo impedire nequeant, etiam à peccato
contra Charitatem excusari communis est doctri-
na

na in materia de Charitate. Itaque maxima illa (omnem teneri ad restitutionem, qui est vera causa moralis alicujus damni proximo illati) vera est universaliter, si sit causa positiva per commissionem damni alterius: at non est verum universaliter, si sit tantum causa negativa, & per omissionem impediendi damnum alterius: tunc enim obligatio restituendi sequetur obligationem præhabitam impediendi: obligatio autem restituendi sequitur tantum obligationem justitiæ, & non solius Charitatis, ut dictum est: ergo causa moralis negativè tantum concurrens ad damnum proximi, tunc tantum contrahit obligationem restituendi, quando habuit obligationem justitiæ ad impediendum: non item, quando habet obligationem, & debitum Charitatis tantum. Loca diversa Juris Canonici significantia æquè reum eum, qui damnum non impedit, & qui intulit; ut *cap. non inferenda 23. q. 3. Qui potest prohibere injuriam à socio, & non facit, non est in vitio, quam qui facit injuriam.* Et c. sicut dignum, de homicidio ait *Alexand. III. Qui hominem potuit liberare à morte, & non liberavit, occidit.* Et c. *Pasce, dist. 87.* refertur dignum *D. Ambros. Pasce pane morientem, si non pavisti, occidisti.* Hæc, & alia loca intelligenda sunt quantum ad æqualitatem culpæ, non item quoad obligationem restituendi, nisi respectu personarum, qui ex justitia tenebantur ejusmodi mala impedire. Aliquot nunc dubia supersunt.

§2 I. Quid si talis ex Charitate tantum est obligatus impedire, studiosè negativè habeat, non impedi-

diat, sed permittat inferri damnum proximo ex mera malitia, odio, vindicta erga ipsum? R. Hunc adhuc non obligari ad compensationem damni illati. Quia odium non est causa restitutionis, sed iniustitia commissa: hinc autem nulla est iniustitia commissa, quia nulla fuit obligatio impediendi ex iustitia: ergo &c. Deinde obligatio restitutionis sequitur causam externam damni: hinc autem nulla est causa damni; nam solus malignus affectus internus causa damni externi esse nequit: silentium autem seu omissio auxilij, cum sit quid merè negativum, causa damni positivè esse non potest. At, quid si tu alterum sic ex Charitate obligatum, aut sponte sua volentem impedire damnum proximi, v. g. furem, latronem, sicarium, rapturum, vel occisurum repellere, incendium extinguere &c. tu, inquam, impediatur, ne impediatur: peccabisne contra iustitiam cum onere restitutionis? Resp. (conformiter ad dicta Sect. 5. de impediendo alterum à consecutione alicuius boni non debiti ex iustitia) cum distinctione: Si per vim, metum, fraudem, dolo, vel mendaciis ita impediatur volentem impedire, omnino teneberis ad compensationem damni non impediti; secus, si sine vi, vel fraude, solo simplici consilio, suasu, vel hortatu impediatur. Sic Molina disp. 735. n. 4. Less. l. 2. c. 13. Lugo disp. 19. Sect. 3. n. 101. Ratio est: quia vi, vel fraude impediens peccas contra iustitiam, cum proximus habeat jus, ne vi, vel fraude impediatur à consecutione, vel conservatione sui boni. At, si sine vi, vel fraude impediatur, non peccas contra iustitiam, quia nullum

ejus jus violas, cum nec tu, vel aliter volens impedire, nihil ei debeatis ex justitia.

53 II. Quid si tu volens impedire v. g. furem, ne furetur à Petro, ab ipso fure pecuniam accipias, ne impedias, clames, manifestes &c. fiesne obnoxius restitutioni damni illati? Resp. Te ad nullam restitutionem obligari in proposito, (nimirum nisi ex justitia, officio, vel pacto obligatus esses impedire aut si pretium acceptum sit pars furti) (communis DD. *Sot. Navar.* aliique cum Laym. *cit. c. n. 9. Tamb. l. 8. tract. 4. c. 2. §. 6. n. 5.* Ratio patet ex dictis: Quia acceptio pretii tibi dati à fure, non te magis obligat ad impediendum damnum proximi, quam antea obligabaris: ergo si antea non obligabaris, nec ex justitia obligaberis postea: & consequenter, quia non peccas contra justitiam, etiam sumpto pretio non impediens, sed contra Charitatem tantum, nullam contrahes obligationem restitutionis.

54 III. At, quid si tu accipiens pretium, tua promissione tacendi furem animosiores reddas, qui alias ex timore tui impedimenti absterritus fuisset à furando: Resp. Tunc te obligari ad restitutionem damni tanquam veram causam participantem, seu adjuvantem ad furtum, affirmant communius DD. *Petrus Navar. l. 3. c. 4. n. 132. Less. cit. dub. 10. n. 68. Laym. & alij cit.* ac omnino probabilius. Negat tamen *Tamburinus* modò *cit. n. 6.* hac ratione: Quia quod tunc fur reddatur animosior, non ex tua aliqua positiva actione oritur, sed solum ex omissione negativa, quæ ommissio non reddit ex se animo-

animosiorum furem, sed ipse utitur hac omissione tua ad majorem suam securitatem in furando: ideoque tu non poteris ceteri causa positiva cooperans vel participans ad damnum, quamvis accepto pretio promittas non impedire. Non audeo hanc opinionem, vel sententiam damnare, sed consideranti relinquo.

IV. Denique: Quid eo casu obligeris furi pretio danti, colliges ex dicendis in septimo Præcepto, ubi de acceptis ob turpem causam fufius. Hic breviter habes: Si pecunia hæc data fuit non liberali animo donandi, sed cum pacto obligandi te, ne impedias, clames, manifestes &c. (sive ex Charitate, sive ex justitia obligeris impedire) equidem ante impletum opus, quando res adhuc est integra, id est, si adhuc potes impedire damnum, vel facere, ut damnum illatum refartiat, v. g. res ablata recuperetur, teneberis omnino rescindere pactum illud improbum, pretioque furi restituto, damnum impedire. Post impletum autem opus, & damnum jam illatum, quod amplius impedire nequis, jam acceptæ pecuniæ dominium acquiris, adeoque furi restituere non teneberis, vendidisti enim illi operam tuam ipsi utilem, ac pretio æstimabilem, scilicet omissionem impediendi, quam omissionem poteris ponere, vel non ponere, & fortè non sine periculo suo posuisti, juxta latius dicenda ibidem.

Obligati ex justitia impedire.

Tenetur compensare damnum à se non impositum: idque non tantum ex dolo, vel malitia,

R 5

tia,

tia, si quis scilicet sciens, & volens ex industria, ac
 animo nocendi non impediatur, sed etiam ex culpa la-
 ta, & gravi Theologica, *secundum omnes*; & secun-
 dum communem sententiam etiam ex culpa levi,
 quando officium, vel contractus obligans ad im-
 pediendum, cedit etiam in commodum ipsius im-
 pedire obligati, quippe inde salarium vel proventus
 habentis: quamvis hic suo sensu etiam rectè dica-
 tur teneri ex culpa lata tantum, scilicet respectivè
 non absolutè: hoc est, ex tali culpa, quæ licet ab-
 solutè in se, & respectu aliorum levis sit, respectu
 tamen eorum, qui ex officio, vel contractu; maxime
 lucrativo, obligantur impedire damna aliorum, re-
 verà culpa gravis, & lata censeri debeat: ut optime
 explicat Lugo *disp. 8. sect. 9.* Interim maneat pro-
 babilis Sententia allata supra *sect. 6. §. 4. & 5.* Ni-
 mirum non incurri obligationem sub mortali, nisi
 adsit culpa Theologica gravis, & mortalis. Cæte-
 rum etiam tales ex justitia, officio, vel pacto obli-
 gatos impedire damna aliorum, & à culpa gravi, &
 ab onere restitutionis excusari, si non impediatur
 propter periculum gravis damni proprii majoris,
 vel æqualis, (uti certè est jactura gravis rei fami-
 liaris, famæ, vel honoris, & maxime vitæ) rectè
 monent post alios Molina *disp. 735. n. 1.* Tamb-
em. Ratio est: quia ordinariè cum tanto onere hæc
 officia non assumuntur, nec pacta ineuntur; nisi
 quid amplius speciale pactum exposcat, ut in milite
 tempore belli, & Parocho tempore pestis, vel sub-
 versionis ovium: item pactum assecurationis. Jam
 pro praxi frequentissima percurramus breviter ca-
 sus particulares.

I. Principes, Magistratus, Gubernatores &c. 57
 quibus ex officio incumbit procurare tranquillitatem, & indemnitatem civium, tenentur ad restitutionem omnium damnorum suâ culpâ, & negligentia secutorum: ut si non impediunt damna à teris latronibus, aliisque perniciosis, illata subditis. Item Assessores, Canonici, Consiliarii, vel tacendo, vel se absentando, cum possent, non impediunt iniquam constitutionem, electionem &c. Item Tutores, Curatores, Administratores bonorum, non impediunt damna pupillis, minorennibus, Ecclesiis &c. provenientia; omnia juxta communem DD. cum S. Thoma 2. 2. q. 62. a 7. Item famuli domestici, quibus cura specialis domûs, aut rei familiaris commissa, vel demandata est: eo ipso ex officio, adeoque ex justitia, & sub onere restitutionis tenentur impedire damna, furta &c. sive ab extraneis sive à conservis, vel condomesticis inferenda: juxta communissimam apud *mox citandos*. Cujusmodi sunt domûs Præfecti, Oeconomi, Coqui, Cellarii Granarii, & quivis, cui committitur cura loci, horrei &c. is qui Dominum comitatur quoad res, quas secum fert: is, cui datur clavis loci servanda, ubi res servantur. Et benè observat Lugo *mox citandos*, eo ipso, quo famulo, vel ancillæ Dominus, vel Domina tradit clavem ad apportandum aliquid ex loco clauso, cubiculo, cista, armario, cellaria, simul iis tacitè committi custodiam loci, & rerum ibi servandarum, sic, ut ex justitia, & cum onere restitutionis teneantur impedire furta vel damna inferenda, etiam à domesticis. Quod tamen
 quoad

quoad quantitatem intelligendum, juxta alibi dicenda de furtis domesticorum. Alii autem famuli, vel ancillæ, quibus ejusmodi cura demandata non est, adhuc videntur obligati impedire damna dominorum à furibus, vel personis extraneis inferenda, cum iis hoc ipso, quo in familiam suscipiuntur, custodia domûs aliquo modo incumbat, ut ab extraneorum injuriis defendatur: adeoque obligabuntur ad restitutionem damnorum sub gravi culpa, vel dolo non impeditorum: ut contra *Molinam, Azorium, Bonacinnam*, & alios rectius docent *Pet. Navar. Less.* aliisque *cit.* *Lugo disp. 19. sect. 3.* consentiente *Laym. lib. 3. tract. 4. c. 5. n. 7.* Obligabuntur ergo solum ad restitutionem, si non impediunt fures extraneos, seu damna ab extraneis inferenda: non item, si non impediunt furta domesticorum, vel conservorum; hos enim, si facile possint, & non impediunt, peccabunt solum contra Charitatem. Quod si tamen servus videat conservum convasare res Domini, ut noctu cum illis aufugiat, tunc obligari quemlibet ex justitia impedire, eo quod tunc ille, qui fugam parat, censetur ut extraneus, docet *Lugo hic cit. n. 106. fine.*

§ 8 II. Custodes urbium, pagorum, agrorum, vinearum, sylvarum, fluminum, piscinarum, gabelarum &c. per negligentiam gravem damnum inferri permittentes, aut fures, vel defraudatores, aut damna inferentes, non manifestentes obligantur ad compensationem damnorum inde directè secutorum parti læsæ, juxta communissimam. *Mol. disp. 739. n. 5.* *Lugo t. 2. de justit. disp. 37. sect. 9.* alii apud

apud ipsos. At quid de poena, vel de mulcta, quam reus solveret, si revelatus judici fuisset? Probabilissimum est, illos solos custodes, qui non sunt etiam iudices, seu potestatem habentes exigendi ejusmodi poenas, si transgressores vel solum non impediant, vel inquirere, ac deprehendere negligant, aut deprehensos non manifestent ad poenam debitam, illos non teneri ad restitutionem ejusmodi poenarum, seu mulctarum. Ita Sylvest. *verb. restitutio. 3. q. 5. dub. 7.* Nav. aliisque citatis Diana *p. 3. tract. 5. resolut. 64.* & Tamb. *lib. 8. tract. 4. c. 2. §. 6. n. 12.* Ratio est: Quia ejusmodi poena, seu mulctæ non debentur nisi post iudicis sententiam, antequam nullum jus acquisitum est Domino, vel Fisco: ergo quomodocunque sententia impedita sit, nihil debebunt illi custodes non manifestantes: nam ipsorum officium directe non est Dominum, vel Fiscum mulctis augere, sed solum damna avertere, ad quorum proinde tantum compensationem, si sua incuriã acciderunt, obligabuntur.

At quid de ipso Judice, vel exactore ejusmodi poenarum, seu mulctarum pecuniariarum, si illas exigere, sed ad eas condemnare negligant reos, jam deprehensos, manifestatos, vel convictos? Eos obligari ad restitutionem illarum mulctarum Domino, vel Fisco, docet communior, & utique veterior Sententia DD. Salonijs, Mol. Joan. Medina P. Nav. alii cum Laym. *cit. c. 5. n. 7.* Ratio urgens est: Quia tunc Domino, vel Fisco jam jus propinquum ad illam mulctam acquisitum est; idque Juxta, vel Officialis, Exactor ex officio exequi

te-

tenetur: ergo si negligat, contra justitiam delinquit, & onus restitutionis loco reorum subibit. Contra tamen nec illos obligari ad illas compensandas multas, docent. *Less. Sanch. Vasq. Tannerus*, aliisque citt. *Diana p. 3. tr. 6. resolut. 35. & Lugo. disp. 37. Sect. 8. n. 97.* nec improbabiliter. Nam ratio ante paulò data de custodibus adhuc videtur urgere: quia reverà ante sententiam nullum jus ad illas multas Domino, vel Fisco acquisitum fuit; quam proinde sententiam saltem post factum tutò in Confessionali sequitur Confessarius.

60 III. Insuper ipsemet reus de damno illato accusatus, & juridicè interrogatus, si crimen neget, & non fateatur veritatem, manet quidem obligatus ad resarcienda damna antea illata parti læsæ, & quæ ex negata veritate defacto ei eveniunt: at verò non contrahit obligationem solvendi multas Judici, vel Fisco, aut ipsi parti læsæ applicandas per sententiam Judicis, quas per negationem veritatis effugit: ut contra *Molinam* docent *Nav. Azorius, Vasquez*, aliisque citt. *Tannerus hic q. 6. dub. 2. n. 76.* Ratio est: quia reus per Judicem interrogatus tenetur fateri veritatem solùm ex obedientia, & ex justitia legali, seu ratione juris, quod *Comunitas*, & ejus nomine *Judex* habet ad publicam correctionem criminum boni communis causâ, ut ipsi crimina manifestentur secundùm ordinem juris: ex justitiæ autem legalis violatione non oritur obligatio restitutionis, ut suo loco vidimus. Non autem tenetur fateri reus veritatem ex justitia commutativa, seu ratione juris alicujus, quod haberet ille, cui mul-

multa pecuniaria applicanda erat: reus enim ex
iustitia commutativa solum tenetur compensare
damna à se illata; non autem procurare commo-
dum Fisci, vel alterius partis: ergo negando veri-
tatem multam subterfugiens, nulli infert injuri-
am, vel damnum, consequenter ad nullam resti-
tutionem obligatus erit in conscientia ante aliam
iudicis sententiam.

Quoad testem autem à Judice vocatum, & in-
terrogatum de damno ab altero illato, ita pro nunc
breviter distinguendum. Si quidem falsum testi-
monium dicat cum damno innocentis, liquidum
est, eum ad compensationem damni obligari. Si ve-
ro solum fugâ, silentio, vel tergiversatione declinet,
dissimulet, veritatem celet, non obligabitur ad com-
pensationem damni ex intermissione sui testimonii
parti innocenti vel læsæ, vel nocenti consecuti.
Ex communi *Molina, Less.* aliisque cit. *Laym.*
idem c. 5. n. 7. in fine. Ratio est: quia talis falsum
dicendo cum damno tertii liquido peccat contra ju-
sticiam commutativam, ideoque onus restitutionis
incurrit: at verò veritatem solum dissimulando,
vel tacendo non peccat contra justiciam commutati-
vam, cum pars læsa, vel innocens nullum habeat
ius cogendi ipsum ad exprimendam veritatem: sed
solum peccat contra Charitatem erga innocentem,
contra obedientiam erga Superiorem, vel Judicem
interrogantem, & ad summum contra justiciam
legalem, contra Communitatem, quorum nul-
lum inducit obligationem restituendi: ergo &c.
Tutior quidem, non tamen æquè probabilis est op-
posi-

posita Sententia, Nav. c. 25. n. 41. Tolet lib. 5. c. 31. Soti, Rebolli, Reginaldi, & aliorum satis communiter talem adhuc obligantium ad restitutionem.

62 IV. De Confessario sive curato, sive non curato, non impediente in pœnitentibus damna alicujus tertii, v. g. per injustum contractum, vel omissionem restitutionis, ita distinguendum est. Si quidam positivè consulat, suadeat, vel doceat, sive ex malitia, vel ignorantia crassa, restitutionem non esse faciendam, cum tamen facienda sit; vel contractum aliquem justum esse, cum tamen reverâ injustus, vel usurarius sit &c. omninò tenebitur ad compensationem damni secuti tertio, quippè ad quod positivè cooperatus est: sed hoc in defectum ipsius pœnitentis, quem prius de errore monere debet, & si ipse possit, & velit restituere, liberabitur Confessarius, *secundùm omnes*. Quòd si verò solum negativè se habeat, dissimulans, vel non injungens pœnitenti restitutionem faciendam ex quacunque causâ, negligentia, oblivione, ignorantia, verecundia, metu, vel etiam malitia, probabilius, & verius est, ipsum ad nullam teneri restitutionem. Ita contra Nav. Angelum, Rosellam, & alios docent Valentia, Less. Sa, Faber, aliisque citt. Tannerus cit. 4. 6. dub. 2. n. 65. Laym. Ratio est: Quia administratio Sacramenti pœnitentiæ directè solum obligat Confessarium ad procurandum bonum spirituale pœnitentis, idque ex justitia vi officii, & muneris sui; non autem ad procurandum bonum temporale tertii; neque etiam illi cum aliis tertiis personis in ordine ad sua debita temporalia consequenda, vel

damna

damna impedienda expressa, vel tacita conventio, vel pactum intercedit; ergo respectu illorum aliorum non obligatur ex iustitia, sed solum ex Charitate, consequenter non incurret obligationem compensandi damna in confessione poenitentis non impediatur. Nota tamen, si poenitens Confessarium interroget, an tali casu v. g. sit restitutio facienda, ejusque silentium, vel dissimulationem pro responso negativo habeat, sicque restitutionem debitam omittat, omnino censetur Confessarius tacite consulere, adeoque cooperans positivè ad damnum tertii, ideoque juxta prædicta restitutioni obnoxius.

§. IX.

Idè secundum proportionem influxus, seu causalitatis in damnificando.

Ta nimirum tenentur restituere causæ cooperantes ad injustam damnificationem alterius secundum proportionem influxus, seu causalitatis in damnificando, ut quæ totum damnum sua causalitate vel influxu attigerunt, teneantur restituere in solidum, hoc est, totum damnum illatum compensare; singulæ tamen in defectu aliorum, si nimirum alii non solvant suas partes: quæ verò non totius damni causa fuerunt, sed partis tantum, teneantur compensare pro rata sua, seu pro parte damni à se dati tantum. Hæc est regula generalis & mensura restitutionis à causis cooperantibus faciendæ apud DD. Ratio autem patet: Quia tota radix restitutionis ex delicto est causalitas, seu cooperatio ad damnum injustum alterius: tanta ergo erit obligatio

tio restituendi, quanta fuit causalitas, vel influxus in damnum, scilicet respectivè totalis, vel partialis. Et hinc pono claras regulas speciales.

64 *Prima Regula:* Causa cooperans totalitate causæ, quæ scilicet causat totum damnum, tenetur quoque compensare totum damnum in solidum: nisi minus certum, & notum ex terminis. Potest autem quis dupliciter esse causa totius damni. 1. Sic, ut ipse solus per se, & sine alterius auxilio, vel concursu totum damnum inferat, & sic eo ipso non erit causa cooperans, sed simpliciter totalis, ac principalis, atque ad restitutionem totius damni obligari, & pueris, & rusticis notum est. 2. Sic, ut defacto quidem cum alterius auxilio damnum inferat, ita tamen, ut etiam sine alterius adminiculo, totum damnum ab ipso solo fieret: ut si duo hominem occidentes singuli lethale vulnus infligant: Si duo consulant furtum, ita ut uniuscujusque consilium solum sufficeret, & sufficienter moveret: si duo onus furtivum asportent commoditatis gratiâ, quilibet tamen solus etiam asportaret &c. Et sic rursus certum est, singulos teneri ad compensandum totum damnum in solidum,posito, quòd alter suam partem nequeat, vel non velit restituere, quia quilibet est vera causa totius damni. Nec de hoc ulla est controversia.

65 *Secunda Regula:* Causa cooperans partialitate effectûs tantum, quæ scilicet solum per se partem damni causat, absque ullo influxu, vel dependentia ad alias causas fortè etiam concurrentes ad damnum, tenetur solum restituere pro rata parte sua, non

non autem pro eo, quod alii, quamvis eodem tem-
pore, loco, vel occasione, intulerunt, v. g. Ingre-
deris vineam uvas rapturus, vel carpturus, eodem
tempore alii, absque tamen omni tuo consensu, vel
concurso, eandem ingrediuntur, & auferunt; es
causa damni partialitate effectus tantum, ideoque
pro tua tantum parte restituere obligaris. Item plu-
res ex domini dolo exhaurientibus, vel de pe-
ccunia furantibus, si ut superveniens etiam parum,
vel malum fureris; peccabis pro ratione materiae
mortaliter, vel venialiter, neque plus restituere te-
beris, quam accepisti: quia nullo modo fuisti
causa influens in totum damnum ab aliis aggrega-
tum, sed solum quoad partem tuam. Communis
DD. cum Molina *disp.* 734. Lugo *disp.* 16. *Sect.* 3.
§. 2. Sylv. *verb. restit.* q. 6. Laym. *cit.* c. 6. n. 1.
alii apud ipsos, & specialius probabitur in *septimo*
precepto.

Regula tertia: Causa cooperans partialitate cau- 60
se tantum, quae scilicet defacto quidem influit cum
aliis in totum damnum consilio, vel auxilio ita ta-
men, ut sine ejus cooperatione, vel concursu, à re-
liquis defacto cooperantibus absque alia nova causa
superaddita, adhuc poneretur totus effectus, seu to-
tum damnum inferretur: tunc illa, & quaelibet rur-
sus solum obligatur ad restitutionem pro parte rata,
sunt tantum, quantum ipsa suo concursu, iudicio
prudens aestimando, damnum intulit. Ita expres-
se pluribus citatis Lugo *tom.* I. *de just. disp.* 19.
Sect. 2. n. 81. Dicastillus *lib.* 2. *de restit.* rr. 2.
disp. 4. *dub.* 2. Tamb. *cit.* *lib.* 8. *rr.* 4. c. 2. §. 8.
n. 5.

n. 5. Atque hoc sensu vera est sententia *Navarrae Angeli, Sylv.* aliorum cum *Lessio cit. l. 2. c. 1. dub. 4. n. 37.* qui absolute docent, quando plures causæ non principales concurrunt ad idem damnatum injustum, v. g. in bello injusto gregarii milites, singulos teneri ad partem pro rata sua. *Ratio.* Quia cum tota radix obligationis restituendi ex delicto sit causalitas, seu influxus in damnatum, non debet esse major obligatio, quàm sit influxus in damnatum: ergo qui solum partialiter, & diminutè concurrat, & influit ad damnatum, etiam sine suo concursu secururum, etiam partialiter, & diminutè solum restituere obligabitur: neque est rationabile, ut ex partiali, & diminuta cooperatione tenearis ad restituendum totum. Sicut enim, qui partialiter concurrat partialitate effectus, v. g. auferens decem, aliis auferentibus nonaginta, licet concurrat ad totum damnatum, quia tamen partem solum damni causat, partem solum restituere teneatur, etsi sine suo concursu totum damnatum, v. g. centum, non esset illatum à cæteris, sed nonaginta tantum: ita sanè à fortiori, qui partialiter concurrat partialitate causalitatis ad totum damnatum, quod tamen totum damnatum sine ejus concursu adhuc illatum fuisset, à reliquis causis, non ad totum, sed ad partem tantum damni suæ causalitati proportionatè compensandam tenebitur. Unde quando plures consulunt, vel hortantur ad damnatum injustum, tamen, ut quamvis alter defacto omnium consilio, vel hortatu motus fuerit, tamen etiam, hoc vel illo, vel quocunque in particulari non consulente ad-

... damnum fuisset illaturus, singuli solum debe-
... pro parte rata, quantum scilicet damnum pru-
... enter judicabitur commensurari ad hujusmodi
... consilium, vel adhortationem. Et idem in simili-
... bus. Vides jam, hanc regulam re ipsa coincidere
... cum prima. Intellige autem semper (uti notanter
... dicitur) si totum damnum sine unius concursu adhuc
... illatum fuisset à reliquis de facto cooperantibus sine
... aliqua causa superaddita; quando enim unus ita
... concurrat ad damnum inferendum, ut à reliquis cau-
... sis de facto cooperantibus illatum non fuisset, tene-
... tur ad restitutionem in solidum, nihilo obstante,
... quod si ipse non concurrisset, alius non defuisset,
... qui loco ejus concurreret: quia ille de facto jam ve-
... ra fuit causa totius damni illati, *juxta dicta ita su-
... perius*. Unde jam supra notatum est, eum qui in
... consilio damno alteri suffragium suum dat cum
... prioribus intra numerum requisitum ad decisio-
... nem; teneri ad totum damnum inde secutum: quia
... una cum suo suffragio impleto numero, jam effica-
... citer damnum illatum fuit, quod ab illo numero de-
... facto suffragante, sine suo suffragio inferri non
... potuisset: nihilo obstante, quod si ipse suffragatus
... non esset, alio ex sequentibus id ipsum suffragante,
... adhuc eadem sententia lata, & damnum illatum fu-
... isset. Quod etiam resolvit *Lugo cit.*

Quarta Regula: Causa cooperans partialitate
... quidem, eo quod sola, sine concursu aliorum,
... damnum non causaret, at simul totalitate effectus,
... scilicet, ut sine illius concursu, vel influxu totum
... damnum non fieret à reliquis, omnino obligatur ad
... re-

278 Tract. IV. Prelim. ad Precepta 2. Tab. Cap. III.
restitutionem totius damni in solidum, posito ni-
mirum, quod alii cooperantes suas partes restituti-
onis contribuere non possent, vel non vellent. Sic
expressè Authores supra cit. Atque hoc sensu vera
est Sententia DD. *Cajetani, Medina, Soti, Lopez*
aliorum, qui absolute, & indistinctè asserunt, quo-
ties causa cooperans influit in totum effectum, seu
dammum, teneri ad restitutionem in solidum. Et
colligitur ex L. 21. §. 9. ff. *De furtis*. Ubi dicitur
Quando plures portant pondus aliquod, quod nullo
lus per se portare sufficeret, tunc omnes teneri in
solidum ad restitutionem ex actione furti. Ratio
est: Quia obligatio restitutionis, sequitur causale
tatem damni: atqui in proposito, singulæ causæ
partiales, moraliter loquendo, æquivalent totalibus
licet enim singulæ seorsim non ponant, nec possint
ponere totum effectum physicè, moraliter tamen
singulæ eo ipso censentur ponere totum effectum
quia singulæ possent, & deberent impedire totum
effectum subtrahendo suum concursum vel auxi-
lium, sine quo damnum non fieret, nec fieri pos-
set, ut supponitur: si ergo se non subtrahat, vel
non impediat totum, quod certè posset, & deberet,
ipfi imputabitur etiam totum damnum: prout
etiam optimè respondet Vasq. *Opuscul. moral. c. 9.*
dub. 2. n. 35. his verbis: *Dices: Quomodo, si plures
sunt partiales cause, tenentur ad totum? Resp. quia
partiales causa sunt: sed unusquisque est in causa
sa, quare totum fiat; in sua enim voluntate fuit,
ut nihil fieret, si ipse desisteret, cum alius non posset.*
& ideo in solidum tenetur quocumq; partialis causa.

Hæc ille sapienter. E.g. Duo pondus grave surripiunt, quod unus solus nec ferre, nec consequenter surripere posset: singuli sunt causa partialis, & tanquam causa adæquata damni illati, ideòque singuli obligantur in solidum ad totum damnum compensandum, altero rimirum non valente, vel nolente, contribuere: quia quilibet, si se subtraxisset, prout debuit, totum damnum impediisset. Item si requiruntur decem suffragia ad decernendum iniustum damnum, ut novem non sufficiant, omnes decem suffragantes tenebuntur in solidum ad compensationem, ob eandem rationem; non autem ulterius obligabitur undecimus, & ceteri; quia hic damnum impedire amplius non potuisset, ut alibi, & supra jam notatum est. Item si duo ingrediuntur ad furandum, ita ut unus sine altero non ingrederetur: si duo ad invicem se animent ad inferendum damnum, neuter solus ausurus &c. uterque in solidum obligabitur, altero non potente, vel nolente compensare suam partem: & ita in similibus numeris. Imò etiam in causis negativis, seu non impediendis damna, cum ex justitia impedire tenerentur: ut si sint multi famuli, quibus incumbat cura domus, & nemo impediatur furem v. g., cum tamen impedire possent resistendo, clamando &c. omnes obligabuntur in solidum. Sic Lessius, Vasq. *de iur. c. 9. §. 3. dub. ult.* Tamb. *hic c. 2. §. 6. n. 9.* Ratio est: Quia vel singuli seorsim poterant impedire totum damnum, & tunc palam singuli obligantur directè: vel singuli non poterant quidem seorsim, poterant tamen simul adiuti à conservis,

& tunc rursus obligabuntur: quia quilibet ex iustitia tenebatur advocare, adjuvare, vel animare ceteros ad resistendum, vel repellendum furem: quod si nullus fecit, omnes de danno rei sunt. Sed quid si singuli praevideant, vel credant conservos esse vocatos, non tamen accursuros ad impediendum? Respondet *Tamb.* ibidem, adhuc singulos obligari in solidum: quia cum singuli non clamaverint, singuli fuerunt causa iniusta, unde conservi putarint se non posse solos impedire damnatum, & alios conservos non accessuros, & sic defacto damnatum non fuit impeditum ex culpa singulorum. Sic ille restet.

68 Ex dictis patet: quid dicendum de militibus in bello iniusto. Certum est ante omnes ad totum damnatum illatum compensandum teneri ipsum Principem, vel belli Ducem tanquam causam principalem totius damni secuti. At vero in defectum Ducis, alii milites subditi non tenentur ad restitutionem totum in solidum, sed solum pro parte rata, quantum scilicet quisque sua cooperatione comparatione ceterorum, damnatum ipse intulisse, prudenti iudicio censeretur: maxime autem id, quod ex tali bello iniusto ad ipsum pervenit: aut si ipse proprii comodi causa particulare damnatum aliquod intulit. Ita communissima DD. Nav. c. 17. n. 20. Ubi se ita respondisse profitetur militi secuto Ducem Borbonium in direptione Urbis. Vasq. de *restitut.* c. 9. §. 1. *dub.* n. 36. Less. *dub.* 4. n. 37. Diana, Lugo, *Tamb. cit.* §. 8. n. 8. Ratio supra dicta est: quia singuli milites etsi cooperentur partialiter ad totum damnatum, v.g. cladem, expu-

gnationem &c. reverà tamen singuli non sunt causa totius damni; quia de unoquoque seorsim verum est dicere, quod sine ejus concursu adhuc à reliquo exercitu totum damnum illatum fuisset: ergo non tenetur ad compensandum totum damnum, sed partem ratam suæ cooperationi correspondentem tantum. Neque hic sequitur damnum mansurum incompensatum; si enim omnes pro parte rata restituunt, urique totum damnum compensabitur. Neque his adversatur, quòd secundum sacros Canones, & communem sententiam DD. singuli etiam gregarij milites bellantes in bello injusto, factis homicidiis, etiam unico incurrant irregularitatem. Dispar enim est ratio restitutionis, & irregularitatis; quia onus restitutionis nascitur ex ipsa natura damnificationis, & ideo juxta modum damnificationis debet onus illud mensurari: atqui non æquum est, ut quando ego sum causa debilissima alicujus damni (qualis revera est miles quilibet respectu damni à toto exercitu illati) totum damnum restituere teneri. Irregularitas autem est pœna ab Ecclesia illata, ideoque juxta Ecclesiæ regulam mensurari debet: Lex autem Canonica imponit eam pœnam cuicumque, qui quomodocunque sive totalis, sive partialis causa est homicidij injusti, semper enim indecens est; talem in Sacris ministrare; homicidia autem fiunt ab exercitu toto, cuius quilibet miles pars est, etsi debilissimè in illa homicidia influens,
 vide Lugo cit. n. 94.

S 5

S. X

Et ordine proportionato causalitati, & cooperationi sue &c. Nimirum

691. **A** Nte omnes primo loco restituere tenetur quomodocunque cooperans, principaliter, vel secundario is, qui ex injusta damnificatione lucrosa aliquid possidet, qui illud ipsum, vel si mala fide absumpsit, ejus valorem unâ cum augmento, fructibus, & interesse, (juxta dicta de possessore malæ fidei) restituere debet. Communis DD. apud *citt. Molina. disp. 718. Vasq. cit. dub. 3. n. 53. Laym. cit. 6. n. 1.* Ratio patet: Quia possidens quomodocunque rem alienam scienter, tenetur restituere ratione ipsius rei acceptæ, quæ est omnium prima & potissima causa restitutionis. Quod si ergo res ablata divisa erat inter partes damnificantes, singuli suas partes habitas contribuere tenebuntur, aut ipsi domino, aut alteri fortè totum restituenti, in foro conscientiæ: etsi in foro externo ei actio non concedatur juxta L. 2. & 3. ff. *De conditionibus ob turpem causam.* Excipe: Nisi de mandato alterius damnum aliquis intulerit, & in pretium, vel mercedem rem alienam, ejusve partem acceperit: nam tunc mandans etiam ante hunc tenetur restituere: quia tunc ipse est causa principalis damni, quæ semper prior est obligata, ut mox videbitur: neque illi tunc exequens aliquid contribuere tenebitur, sed tantum in ejus defectum ipsi domino. Similiter etiam quando principalis, vel ejus cooperans totam rem alienam aliorum cooperatione

ratione ablatam sibi acceptam restituit, nullus fo-
riorum tenebitur ei aliquid restituere : quia tunc
nullus ab eo aliquid accepit, neque aliquid lucri ex
ablatione illa percipit, ut supponitur,

II. Inter causas cooperantes principalis damni-70
cans, censetur mandans, isque ante omnes alios co-
operantes in solidum restituere tenetur, & in defe-
ctum hujus primò executor. Communis. D. Tho-
mas, Less. Layman, Lugo, locis citatis. Ratio est:
Quia actio magis tribuitur agenti principali; quam
exhibenti ministerium, vel secundariò tantum co-
operanti : mandans autem semper est agens princi-
pale, alij omnes secundariò tantum cooperantes :
ergo mandans ante omnes, etiam executorem, resti-
tuere tenetur. Intellige autem semper de mandan-
te cum autoritate, cui nimirum exequens aliquo
modo subjiatur, qualis est dominus, Pater, Super-
ior, respectu servi, filij, subditi &c. nam si alius ju-
beat nulla jubendi autoritate præditus, non erit
propriè præceptum, sed magis consilium : execu-
tor autem præcedit consulentem in debito restitu-
tionis, ut mox patebit. Sic expressè L. 37. ff. ad
*Legem Aquiliam. Liber homo, si jussu alterius inju-
riam dederit, actio erit cum eo, qui jussit, si jus ha-
bit imperandi; quia si non habuit, cum eo erit agen-
dum, qui fecit.* Excipe tamen : Nisi talis absque
autoritate præcipiens metu, vel fraude alterum ad
damnum inferendum inducat, aut exigat, ut in sui
gratiam damnum inferat, quod alioquin non infer-
ret : tunc enim ille censetur author principalis
damni illati, ideoque etiam ante executorem resti-
tioni

284 *Traët. IV. Pralim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. III.*
tutioni obligatus. Denique si damnificantes omnes fuerunt causæ principales, ut si plures communi consensu condixerunt ad furtum, latrocinandum, injustè bellandum &c. tunc singuli ad compensationem totius damni per se primò obligabuntur. *juxta L. Si plures ff. De dolo.* Quia singuli sunt causa totius damni. Quòd si tamen unus totam restitutionem fecit, rursus à reliquis pro rata in foro conscientiaè reperere poterit, ut *n. preced. dictum.* Eodemque modo dicendum, si executor in damno inferendo non solo mandato jubentis, sed etiam ex se motus fuit, suum etiam negotium agens, ut ideò meritò concussa principalis in damno inferendo, & ideò æquè primo restitutioni obnoxius censi debeat, ut post alios bene observat *Tamb. cit. §. 7. n. 4.*

71 III. Si inter causas cooperantes ad damnum aut nulla adfuit causa principalis mandans, vel cogens, aut si adfuit, in ejus defectum restituere non valentis, vel non volentis, tenetur primo loco restituere executor ante omnes alias causas secundarias cooperantes, utpote consulentem, consentientem, participantem, adjuvantem, non impredientem &c. Communissima apud *citt. Mol. disp. 737. n. 4.* Ratio patet: quia executor est causa immediata, & physica damni illati, ad quod non movetur principaliter, & coactivè, sicut à mandante, sed merè voluntariè inducitur, & adjuvatur ab aliis causis secundariò cooperantibus, scilicet consentiente, consulente &c. Tandem in defectum & mandantis, & exequentis, ultimo loco tenentur restituere reli-

quæ
rum
mò, si
fuit in
compa
satum
propo
minor
vel pri
damnu
operar
solidu
liter a
priori
operar
consul
jans:
tive ta
licet n
comm
ta et
tive e
IV
mand
damnu
execu
tes, l
ipsi d
ejus d
etiam
execu

quæ causæ cooperantes supra enumeratæ : nimirum consulens &c. Et quidem omnes æquè primò, sic comparentur ad se invicem, quia una non influit in aliam, aut agit ex motione alterius; si verò comparentur ad ipsum effectum, seu damnum causatum, servabunt ordinem restituendo secundum proportionem causalitatis, vel influxus majoris, vel minoris in effectum, seu damnum, ita ut illa plus, vel prius restituat, quæ prius, vel magis induxit in damnum secutum. v. g. magis, vel prius movens operantem ad damnum inferendum: idque vel in solidum, vel pro rata, juxta dicta §. *preced.* Generaliter autem inter causas secundarias cooperantes priori, & potiori obligatione tenentur positivè cooperantes ad damnum illatum, scilicet illæ quinque, *consulens, consentiens, palpans, recipiens, participans*: Et tandem in defectum horum, causæ negativè tantum cooperantes, seu non impediens scilicet *mutus, non obstans, non manifestans*: ut ex communi notat *Vasq. Less. Laym. ll. cc.* Ratio clara est: quia sine dubio plus influit in damnum positivè cooperans, quàm non impediens tantum.

IV. Quando causa principalis damni, scilicet ⁷² mandans, vel in ejus defectum, executor totum damnum illatum compensavit, & restituit, tunc executor, ac reliquæ causæ secundariò cooperantes, liberantur omninò à restituendo, non tantum ipsi damnificato, omnium consensu, cum totum ejus damnum supponatur jam compensatum; sed etiam ipsi principali, qui totum restituit, ita ut is ab execute, vel reliquis causis secundariis nihil exigere

gere possit, nisi aliquid ex damnificatione possiderent, juxta dicta N. I. *Ita communis DD.* Ratio est. Quia executor, aliæque causæ secundariæ solum tenentur restituere in defectum causæ principalis, si nimirum is putetur non restitutus, sive quod non possit, sive quod nolit: ergo ipso restituente, alij ad nihil tenentur etiam ipsi, quia volenti, imò jubenti, cooperantes in damnum, nullam fecerunt injuriam. Econtra verò, si una ex secundariis causis totam damni compensationem fecit, non liberatur causa principalis, in cujus defectum compensatio facta est; sed causa secundaria jus, & actionem acquirit repetendi à principali totum, quod expendit, atque ille expendere debuerat tanquam per se primò obligatus: ac in defectum illius, si restituere non possit, vel nolit, à reliquis concausis repetat pro rata singulorum, juxta communem doctrinam S. Thom. a. 6. ad. 3. & art. 7. ad 2. Scoti 4. d. 15. q. 2. a. 4. meique citati omnes, quos numerosè citant, & sequuntur Mol. *disp.* 737. Less. Lugo, Laym. *cit.* c. 6. n. 3. Ratio patet ab opposito rationi prioris. Eadem ratione, si causæ principali damnificanti debitum restitutionis remittatur, vel condonetur, liberantur simul omnes causæ secundariæ cooperantes; non autem vice versa: juxta communem, Less. *lib.* 2. c. 12. *dist.* 5. Laym. *cit.* Lugo *disp.* 19. *sect.* 5. Ratio est: quia ruente principali, ruit accessorium; non econtra ruente accessorio, etiam principale tollitur: ergo debitum remissum principali censetur simul remissum causis secundariis, & accessoriis; non autem econtra, debitum remissum

causae secundariae censetur etiam remissum causae principali: quippe quae per se primo obligatur ad restitutionem independentem a causis secundariis, & accessoriis: adeoque tunc adhuc obligabitur principalis ad restituendum totum, scilicet majorem partem ipsi laeso, vel damnificato, & suam partem ipsi, cui debitum remissum est: quia remissio a domino facta est in favorem remissi: reliquae autem causae secundariae, quibus nihil remissum est, casu quo in defectum principalis restituere tenentur, non obligabuntur ad totum, quia debet tolli illa pars, cujus remissionem una cum causa obtinuit: uti ex *Dicastillo* recte observat *Tamb. l. c.* Eodemque modo dicendum, si plures aequè primò, & principaliter damnificent, & ad restitutionem obligentur: tunc enim uni condonato debito, non ideò simul condonatur aliis; adeoque reliqui manent obligati, sed similiter non ad totum, sed detracta illa parte, cujus remissio facta est.

SECTIO II.

Cui restituendum?

SUMMARIUM.

- 1. Debita certa, & incerta.
 - 2. Certa debita ordinariè restituenda sunt Domino, nisi rationabilis causa excuset (Quales
 - 3. Usque ad n. 80. enumerantur quatuor.)
 - 4. Aut justo possessori, cui res debita, vel ablata est; nisi rursus rationabilis causa excuset, uti à
 - 5. Usque ad n. 85. in quatuor casibus videbis.
 - 6. Usque ad n. 89. Imò si res restituenda nocitura sit Domino, eam ei non restituere obligatur, saltem ex
- Charitate, 98. Ad

89. Ac etiam ex iusticia ; si eam mox certò abusus sit Dominus contra iusticiam in damnum alterius.
90. Usque ad n. 93. Solvuntur tres objectiones.
93. Si verò re restituenda Dominus abusus sit contra alias tantum virtutes , tenetur eum debitor non reddere ex Charitate solum.
96. Nisi rursus rationabilis causa excuset (ubi que , & quanta esse debeat ?)
97. Defuncto Domino , res restituenda est hæredibus.
98. Usque ad n. 101. Quid , si nulli adsint hæredes ?
101. Debita incerta ex delicto formali contracta , s. g. per personam , usuras , injustos contractus , defraudationes , furtiva , rapinas &c. si dominus ignoretur vel ita absens sit , ut ei restitui non possit , restitui debet pauperibus , vel applicari ad pias causas.
103. Prius autem facienda est sufficiens inquisitio veri domini.
104. Quæ præmissa , & re jam sic erogata , et si postea Dominus compareat , ad nihil amplius tenetur restituere.
105. & 106. Quinam intelligantur nomine pauperum ?
107. Possessor bonæ fidei , ubi agnoscit rem esse alienam , sed dominò ignotò , vel ita se habente , ut ei restitui non possit , probabiliter etiam restituere debet pauperibus , vel applicare ad pios usus.
108. Tamen æquè probabiliter eam sibi retinere potest.
109. Et domino comparente , solum restituere tenetur , quantum factus est ditior.
110. Usque ad n. 113. Idem omninò dicendum est de rebus inventis domino non comparente post factam diligentem inquisitionem.
113. Quæ eò major & diuturnior esse debet , quò majoris momenti est res perdita.
114. Quousque quis talis rei inventæ dominum incertum expectare debeat ?
116. Quando damnum illatum est immediatè ipsi Communitati , restitutio facienda est ipsi communitati immediatè , non particularibus civibus , vel personis.
117. Secus , si illatum civi , vel personæ particulari.

Restitutionem deinceps satè accipimus pro red-
 ditione cujuscunque debiti, *sive ex contractu*,
 ut emptione, mutuo, commodato, deposito &c.
sive ex delicto, aut formali ratione injustæ damni-
 ficationis; aut materiali tantum, seu ratione rei acce-
 ptæ faciendæ à possessore bonæ fidei, postquam co-
 gnitum, rem esse alienam, qui tunc incipit esse malæ
 fidei. Debita porro tam ex contractu, quam ex de-
 licto, alia sunt certa, quorum scilicet dominus sci-
 tur, ut ei restitui possint: alia sunt incerta simplici-
 ter, quorum nimirum dominus omninò ignoratur,
 vel etsi fortè sciatur, illi tamen restitui nunquam
 posse putantur: Alia sunt incerta secundum quid,
 quorum dominus in confuso cognoscitur, ut si
 sciatur esse unius è duobus, vel aliquorum ex com-
 munitate aliqua, nesciatur autem cujus, aut quorum
 determinatè sit. Priori modo dicitur dominus ig-
 notus: secundo modo dicitur dominus incertus.
 His notatis sit

ASSERTIO II.

Debita certa ex quocunque delicto, vel con-
 tractu ordinariè restituenda sunt immediatè
 Domino, vel justo possessori, cui res ablata vel debi-
 ta est; (nisi rationabilis causa aliud postulet, vel
 permittat) quin etiam debent non restitui Domino,
 vel possessori, si res restituenda nocitura sit; & qui-
 dem ex justitia cum onere restitutionis, si re illa Do-
 minus abusus sit in damnum injustum aliorum,
 vel Communitatis: Ex Charitate autem solùm, si
 contra alias virtutes abusus sit, nisi rursus ratio-
 nabilis

nabilis causa excuset. De functo Domino restituendum heredibus: quibus deficientibus debita illa tanquam bona vacantia & verè derelicta jure nature primò occupanti, adeòq; ipsi debitori cedunt, (nisi jus positivum, vel legitima consuetudo aliud decernat) Debita autem simpliciter incerta ex delicto formali in pauperes, vel pios usus eroganda sunt. Idemq; valde probabile, & tutissimum de incertis debitis ex contractu, vel re accepta tantùm; non minùs tamen probabile, ea posse retineri à debitoribus ac possessore bona fidei; quemadmodum & inventa post sufficientem inquisitionem Domino non competente: Secus dicendum de debitis incertis secundùm quid: hac enim inter Dominos incertos dividenda erunt. Authores dabimus explicando singula.

§. I.

Debita certa ordinariè restituenda sunt immediate domino.

75 **O**Mnes. Ratio patet ex natura restitutionis. Restitutio enim est actus justitiæ commutativa, per quam constituitur æqualitas inter personas habentes inæqualitatem: atqui ipse dominus, cui res ablata, vel debita est, habet inæqualitatem, quia minus habet, quàm ei debeat: ergo ei immediate restitutio facienda est. Sed dixi: *Ordinariè*: Nimirum, nisi rationabilis causa excuset: Quadruplex enim assignatur potissimum causa excusans debitorem ex contractu vel delicto, quo minus domino, vel possessori immediate restituere teneatur.

Prima

Prima, & potissima causa est: Si aut ipse dominus vel creditor nolit sibi restitui, utpote quia debitum expressè vel tacitè remisit, vel ad alium remisit; aut si impossibile sit debitum reddi ipsi domino, vel creditori, utpote, quia vel defunctus est, vel ita absens, ut ei non possit reddi sine majori sumptu, vel incommodo, quàm ipsa res valeat. Quoad defunctum mox infra §. 4. Quoad reliqua dicemus generaliter suo loco de causis excusantibus à restitutione.

Secunda causa: Si restitutio cessura sit in illius, vel alterius personæ, vel Communitatis detrimentum: tunc enim eò usque potest, & debet differri restitutio, aut res restituenda tuto loco reponi. Communissima cum *D. Thoma, Scoto cirt.* Ratio est: quia restitutio ordinatur per se ad bonum proximi, & Communitatis; ergò si ex restitutione sequatur esset damnum, vel ipsius creditoris, vel alterius, aut Communitatis, cessat pro tunc obligare præceptum restitutionis, cessante scilicet fine, (quin potius incipit obligatio pro tunc non restituendi, de qua mox §. 3.) Deinde non agitur de omnino omittenda restitutione, sed tantum de differenda: at quæ major ratio differendi esse potest, quàm velle expectare bonum, & utilitatem ipsius domini tum corporalem, tum spirituales, ne scilicet re sibi restituta, in corpore, vel anima noceat? ergo &c.

Tertia causa ipso jure liberandi se à restitutione; 78
est compensatio debiti alia ratione difficulter recuperandi. Quia ut dicitur *L. 3. ff. de compensat.*

Interest nostra potius non solvere, quam solutum reperere. Imò compensatio solutionis instar esse censetur in Jure L. si debitor ff. Qui potiores in pignore. *Nihil interest, solveritne aliquis, an compensaverit.* Huc referri debet, quod in probabili Sententia diximus supra *sect. 6. §. 8.* posse nimirum aliquem rem furtivam emptam non domino, sed furi restituere ad recuperandum suum pretium, seque indemnem servandum.

79 *Quarta causa est:* Si quis solvat creditori sui creditoris ex rationabili causa, tunc enim in foro conscientiae saltem liberatur ab obligatione restitutionis ipsi domino facienda. Communis DD. *Molin. disp. 741. Laym. eit. c. 9.* Ratio est: quia tali modo adhuc servatur æqualitas, ut nimirum quilibet habeat, quantum debet habere. Nec meus creditor debet, vel potest esse rationabiliter invidus, quòd ex rationabili causa ipsum præveniando, solvam ejus creditori, nimirum ad ejus damnum avertendum, quippè aliàs suum debitum difficulter recuperaturo: quia ipsemet in simili casu ejusmodi solutionem à sui creditoris creditore jure exigere posset. Deinde si creditor mei creditoris debitum suum liquidum, neque via judicii, neque alia ratione à debitore consequi possit, potest uti occulta compensatione tantundem de ejus bonis accipiendo, quantum ejus debitum valet: ergò etiam ego ei ad id consequendum cooperari possum, eique solvere id, quod ego ejus debitori debeo: modò interim caveatur, ne eidem debitor, ejusve hæredes, hujus solutionis ignari, postea iterum solvant. Aut

econtra alia ratione: Si ego Titio debeo centum ex mutuo: Titius similiter debeat centum Cajo: possum ego Cajo numerare centum, ut cedat, vel vendat mihi ius crediti adversus Titium debitorem suum, & creditorem meum, & sic uti compensatione debiti alias difficulter recuperandi; uti cum aliis notat Less. c. 16. dub. 5. Intellige autem semper: *in foro conscientia: & subsistente justa causa.* Nam in foro externo hoc tantum locum habet, quando debitum ex eadem causa procedit, seu quando debita sunt ejusdem rationis. Ut si conducam domum à Titio, quam is ipse conduxerat à Cajo; tunc pensio mihi constituta in defectum Titii est obligata Cajo primo locatori: quare si solvam Cajo, sum liberatus a Titio, juxta *L. Utrum presente. ff. de constituta pecunia.* Denique si nulla rationabilis causa subesset, neque in foro conscientia locum haberet: quia tunc meus creditor esset rationabiliter invitus, quod sine causa lædatur jus suum per se ipsum solvendi, & modo sibi placito, suo creditori.

§. II.

Aut justo possessori, cui res debita, vel ablata est.

Non enim soli ipsi domino proprietario, & directori rei ablatae res restituenda est, sed etiam ipsi justo possessori, ut sunt usurarius, commodatarius, conductor, Emphitenta &c. Item administrator, Procurator, Dispensator, Tutor, Curator, Depositarius, pignus habens, Custos rei sibi creditæ,

294 *Tract. IV. Prelim. ad Precepta 2. Tab. Cap. III.*
ta, v. g. sartores, Aurifices &c. respectu materiae la-
borandae; lotores & lotrices respectu pannorum, vel
vestimentorum lavandorum; qui ergo ab hujusmo-
di possessoribus aufert rem, iisdem immediate, &
non domino proprietario restituere debet: quia
licet rei dominium non habeant, tamen ex pacto &
justo titulo habent jus illam rem usurpandi, servan-
di, detinendi, custodiendi: ergo sicut iis auferens
injuriam infert injuste privando eos justa possessione
rei plerumque non sine periculo, damno vel
lucro cessante, ita iis immediate restituere debet,
& non ipsi domino. Sed intellige hic rursus, quod
dixeram *ordinario: & nisi rationabilis causa excu-
set*: ut in sequentibus casibus.

81

I. Si nihil intersit eorum, à quibus res ablata est,
quod non sibi, sed statim rei domino restituatur, si
nullum scilicet inde damnum incurrat: Aut è con-
tra: si domini intersit, ut res ablata sibi immediate,
& non priori possessori restituatur: ut si is valde su-
spectus esset, aut probabiliter existimeret rem do-
mine male absumpturus, aut non redditurus, nisi
cum domini injuria: tunc enim si sine illius majo-
ri damno, vel infamia fieri possit, major ratio ha-
benda erit domini, eique, quod suum est, restitu-
endum. Ita *Sotus Navar.* uterque, aliis cit. *Sanch.*
lib. 7. moralium. c. 19. n. 110. *Laym. c. 9. n. 3.*
Qui recte inferunt. Quod bona Ecclesiae non Prae-
lato dissipatori, sed Ecclesiae, vel Capitulo restituenda
sint: eò quod jus administratoris se non exten-
dat ad dissipandum.

II. Quando ii, à quibus res ablata est, non sunt capaces domini, & administrationis v. g. accepta ab uxore, filio familias, pupillo, Religioso, furioso &c. non ipsis, sed marito, patri, Tutori, Prælato, Curatori &c. restituenda erunt. Nam alioquin in foro externo, qui solvit filio familias, pupillo, Religioso &c. sine consensu patris, Tutoris, Prælati, probare debet, rem solutam conversam esse in utilitatem patris, pupilli, Ecclesiæ, vel Monasterii; alioquin iteratò solvere cogitur, *juxta L. pupillus. ff. de actionibus*. In foro tamen conscientiæ sufficeret bona fide iis restituere credendo, eos suo officio satisfacturos, ut cum aliis notat Laym. *cit. n. 4.*

III. Ablata, vel quomodo libet accepta ab injusto possessore, fure v. g. non furi, sed domino immediate restituenda erunt, sicut & ipse fur immediate tenetur restituere domino, Excepto rursus probabilissimè casu, quo res accepta est bona fide pro pretio, alias non recuperando, tunc enim possessor bonæ fidei ad servandum se indemnem, pretiumque recuperandum posse furi restituere, jam alibi diximus. Illud autem, quo dicitur c. in litteris, de restitut. spoliatorum. *Etiam prado secundum rigorem juris restituendus est*: non in foro conscientiæ locum habet, sed soiùm in foro externo judiciali; cum quis ab alio vi dejectus est à possessione rei immobilis, vel beneficii prætextu justî tituli: nunc enim is ante omnia restituendus in possessionem, & postea de jure tituli agendum.

IV. Qui rem alienam acceptat à bonæ fidei possessore putante rem esse suam, & postea deprehendit

dit ad alterum pertinere: siquidem accepit inter-
veniente pacto depositi, commodati, locati, pigno-
ris &c.; tunc ipsi possessori bonæ fidei restituenda
erit: monito tamen ex Charitate etiam domino de
re sua, Si verò secluso ejusmodi pacto, alia ratione
gratuita accepit, tunc ipsi domino tanquam verum,
& potius jus habenti restituenda erit, quatenus abs-
que scandalo, aliòve incommodo fieri poterit, ut
directè resolvit *P. Navar. Rebell. aliisque cit. Mol-
lin. disp. 741. n. 4. & Laym, cit. n. 5.*

§. III.

*Quin etiam debent non restitui domino, vel
possessori, si res restituenda nocitura sit &c.*

85 I. **C**onsentiunt omnes debitorem, saltem ex Cha-
ritate regulariter obligari non reddere debi-
tum domino, quando is re restituta certò abusus
est ad peccatum, v. g. reddito gladio, se ipsum, vel
alium occisurus; redditâ pecuniâ mox se inebriatu-
rus, scortaturus &c. Certè eo casu, si potes, de-
beres auferre gladium ab eo, qui vult se ipsum, vel
alium innocentem occidere; quantò magis debes
gladium denegare, vel non reddere quomodocun-
que debitum. Ratio amplior patebit infra.

Sed dixi I. *Si certo abusus sit*: Non enim
sufficit dubium, vel suspicio, cum nemo in dubio
præsumendus sit acturus malè. Imò neque sufficit
probabilitas moralem certitudinem non pariens,
nam sit probabile, dominum hac re, v. g. gladio,
vel pecuniâ redditâ peccaturum; certè etiam erit
probabile oppositum: at in pari probabilitate me-
lior

hor debet esse conditio domini rem suam apud se possidentis; nisi tamen esset furiosus: huic enim etiam cum sola suspitione mali proximo inferendi gladium non redderem; sic enim ex una parte fa- veo fortè innocenti, & ex altera parte furioso, dum talis est, nullam injuriam facere censeor: ait pru- denter Tamb. lib. 8. tract. 4. c. 1. §. 3. n. 2.

Dixi 2. Regulariter teneri: Aliquando denega- 87 re, vel reddere non obligatur, quando scilicet adest iusta causa excusans: utpotè si non possim denegare sine magno meo incommodo, vel periculo, aut si ex mea denegatione secutura sint æquè gravia, vel majora mala? cum enim tunc spes non sit evitandi mala, cessabit obligatio non reddendi rem noci- turam.

Dixi 3. Teneri saltem ex Charitate: In quo om- 88 nes consentiunt. Sed quæstio est, an aliquando e- tiam quis teneatur ex justitia, quando nimirum do- minus re restituta abusus est contra justitiam. Negat universim, & solam obligationem ex Cha- ritate agnoscit Molina tom. 3. disp. 755. Sed con- tra dicimus.

II. Debitor tenetur ex justitia, & cum onere re- 89 stitutions non reddere suo domino rem suam, si eà mox certò abusus sit contra justitiam, inju- stum damnum alteri inferendo: v. g. gladio reddito occisurus innocentem, pecuniã mutuã redditã inju- ste bellaturus &c. Ita communior DD. & latè pro- bat Lessius lib. 2. c. 16. dub. 4. & Salon. apud Tamb. cit. n. 5. & 6. Ratio patet ex dictis Señ. precedenti: quia omnis cooperans proxime ad injustum dam- num

num alterius, peccat contra iustitiam, & obligationem restitutionis contrahit, omnium consensu: sed in casu nostro valdè proximè cooperaris ad iniustum damnum proximi, reddendo v. g. gladium iniuste occisuro &c. quem tamen negare posses citra tuum grave incommodum, ut supponimus, sicque damnum impedire: ergò ex iustitia obligaris non reddere, & si reddas, peccas contra iustitiam, & per consequens in defectum damnificantis, ad restitutionem obligaberis.

90 *Dices*: Nemo (nisi id ei ex officio incumbat) tenetur ex iustitia defendere innocentem, sed solum ex Charitate, si sine suo notabili incommodo possit: ergò neque ego ex iustitia, sed similiter ex Charitate tantùm teneor denegare gladium volenti occidere eundem innocentem. *Resp. Nego consequentiam*: aliud enim est defendere innocentem, ad quod non teneor, nisi ex charitate: aliud est positivè cooperari ad occisionem innocentis, ad quod impedendum utique teneor ex iustitia: at in casu nostro reddendo gladium mox occisuro, verè positivè cooperaris ad occisionem innocentis; alioquin tatenandum est, si dominus per se sumeret gladium suum ex domo tua, & tu non impedires, cum posses, peccares solum contra Charitatem: quia solum negativè te haberes, & non impedires occisionem, & non positivè cooperareris.

91 *Dices iterum*: Nec contra Charitatem, nec contra iustitiam pecco, si reddam pecuniam debitam ei, qui illâ domum vel navim empturus est, in quibus scio, ipsum usuras, fraudes, illicita mercimonia facturum;

rum; ergò neque in casu nostro pecco saltem
 contra justitiam. Resp. *Iterum Neg. conseq. & pari-*
tem: Quia redditio pecuniæ valdè remotè se ha-
 bet ad illa delicta, ut patet: & illa tam remota coo-
 peratio ad peccatum alterius satis excusatur à meo
 debito reddendo domino pecuniam suam: At in
 nostro casu redditio gladii, & similium, proxima est
 ipsi actioni injustè faciendæ, adeoque cooperatio
 propinqua ad actionem injustam me etiam in-
 volutum constituit, quasi participantem, socium, &
 complicem ejusdem delicti contra justitiam: neque
 in peccato cooperationis excusabor à meo delicto,
 nisi adsit alia major, & urgentior causa, v. g. me-
 us mortis propriæ, vel similis gravis mali &c. ut
 iam dictum est.

Dices rursus: Ergò saltem ego peccarem contra
 justitiam, si redderem pecuniam debitam usurario,
 quum scio certè immediatè applicaturum ad usuras
 injustas: jam enim dando ei materiam proximam
 usurae, cooperarer illi, velut socius ad injustum lu-
 crum, & dampnum proximi. R. Omnino ita esse
 ex se, & per se loquendo: & nisi aliqua accederet
 causa excusans, qualis tamen plerumque accedit,
 1. Ne rixæ sint cum usurario. 2. Ne ego habeam
 fidem. 3. Ne, quando iterum indigero mutuo,
 eodem usurarius, vel alius mutuum mihi deneget.
 Maximè verò 4. excusor ex eo capite, quod usura-
 rius semper sit paratus ad injustum lucrum extor-
 quendum, quod ego impedire non possum, multò
 minus teneor.

92

93

III. Debitor adhuc tenetur ex Charitate non
 reddere

reddere rem debitam domino, qua certò scit ipsam
abufurum contra alias virtutes, v.g. temperantiam,
castitatem, nisi rursus accedat causa excusans.
Omnes. Ratio communis est: Quia ex Charitate
omnes obligantur impedire malum proximi, ma-
ximè spirituale, nimirum peccatum, quando id
sine magno incommodo proprio possumus, prout
hic nos posse supponitur.

94 *Dices:* Non possumus ex Charitate violare jus
domini ad repetendam rem suam. *Nego assumpt.*
Quamvis enim dominus ex iustitia habeat jus pe-
tendi suum debitum absolute, non tamen habet hic,
& nunc, quando ejus peccatum per negationem
illam debiti facilè impediri potest: iustitia enim
non est contraria Charitati, quin potius illi subor-
dinatur.

95 *Dices iterum:* Si dominus vellet uti suâ pecu-
niâ ad peccandum, tu non posses, minùs deberes
illi auferre pecuniam, ut peccatum impedires: et-
gò ob id neq; poteris eidem domino pecuniam sibi
debitam denégare. *Resp. Nego conf.* Quia non
tenemur peccatum proximi impedire res ejus aufer-
rendo, vel vi detinendo, quod sanè esset magnum
onus ex se valdè incommodum fidelibus: at verò
tenemur impedire non concurrendo, non præben-
do positivè materiam, & instrumentum ad peccan-
dum, quod ex se non ita est onerosum, vel incom-
modum. Dico autem: *ex se &c.* Et supra dixi:
Nisi accedat causa excusans: sæpissimè enim hic
excusantur fideles reddentes rem debitam domino
abusuro. Certè majori negare non possum sine
peri.

periculo notabilis mali : neque æquali sine periculo
 invidia, inimicitia & graviorum malorum. Unde
 restituendum est, dominum serio repentem rem suam
 valde raro posse repelli, quantumvis ejus malus finis
 agnoscat; quia valde raro ex denegatione debiti
 incommodum notabile non incumbit debitori. De
 quo rursus & mitius dicemus in materia de scanda-
 lo, & hinc ut notanter insinuat in Assertionem.

IV. Major causa excusans requiritur in priori ca-
 su, quando scilicet dominus re restituta abusus est
 peccatum contra justitiam, quam in posteriori,
 contra alias virtutes tantum. Ita observant omnes.

Ratio clara est : quia obligatio virtutis justitiæ
 rariâ suâ gravior est, quam aliarum virtutum mo-
 raliûm, consequenter etiam strictior est obligatio
 impediendi, seu non cooperandi ad peccata contra
 justitiam, quam peccata contra alias virtutes. De-
 bet quia peccato injustitiæ infertur damnum alteri
 innocenti, & invito. Unde nunquam licebit red-
 dere debitum petenti ad abusum contra justitiam,
 præterquam si periculum majoris, vel æqualis, vel
 certe gravis mali ex negata restitutione timeatur :
 nam alioquin sine justa causa reddens verissimè co-
 operatur ad damnificationem tertii, & in defectum
 ipsius damnificantis ad restitutionem obligabitur.
 Peccato autem contra temperantiam, vel alias vir-
 tutes morales, solus ipse peccans & quidem sciens,
 & volens damnum accipit ; ideoque sine omnî
 causa reddens debitum ad ejusmodi abusum, pec-
 cat quidem contra charitatem : excusatur tamen
 quacunque rationabili causa, & cujusvis mali metu.

quis

quin etiam, si alter constanter redditionem exigat, videtur debitor ex iustitia manere obligatus ad reddendum, sicut uxor ad reddendum conjugale debitum viro habenti votum castitatis, si eum à proposito suaviter avertere nequeat, uti notat Sanch. *lib. 9. de Matr. disp. 6. n. 6.* & ex ipso Laym. *cit. n. 6.* Tandem universaliter facilius, seu minori culpa re ex iustitia debitam restitues domino, quomodo cumque abufuro, quàm si alicui commodatu, vel mutuo des vel dones, cum scias, illum ad malum finem abufurum esse, ut notant *DD. cit.* Ratio est: quia debitor ad solvendum, vel reddendum adigitur obligationis necessitate, quæ vim aliquam excusandi habet, saltem à tanto; mutuantis autem, vel donantis officium gratuitum est, & merè voluntariū atque aded, si mutues, vel dones abufuro contra iustitiam, v. g. ad injustum bellum, usuras, fraudes &c. à fortiori teneberis ad compensationem damni secuti in defectum principalis, uti contra alios probant *Valentia, Sotus, P. Navarrus, meique Less. & Laym. cit. n. 7.* Ratio est, quia qui sine iusta causa materiam proximam malè operaturo subministrat, indirectè saltem cooperari censetur, ut participans: etsi neque jubeat, neque suadeat operationem damnosam: nam ut dicitur *L. si pignore, ff. de furtis.* *Qui ferramenta sciens commodaverit ad effringendum ostium, vel armarium, vel scalam sciens commodaverit ad ascendendum, licet nullam ejus consilium principaliter intervenerit ad furtum faciendum, facti tamen actione tenetur.* Hæc ibi. Sed de hoc ex professo in materia de scandalo, ubi de materia ad peccatum proximi

§. IV.

Defuncto domino, restituendum hæredibus &c.

Hæredibus quibusvis sive ex testamento, si- 97
 ve ab intestato, scilicet proximè conjun-
 ctis defuncto, sive per legem, vel consuetudinem,
 sive per Judicis sententiam declaratis. *Ratio est:*
 quia hæres legitimus universalis relictus, velut re-
 præsentans personam defuncti, succedit in omnia
 jura realia defuncti, adeoque etiam in jure debito-
 rum realium quorumvis, sive ex contractu, sive ex
 delicto aliorum eidem defuncto restantium. Uti
 quoad debita ex delicto sæpè graviter hallucinari
 multos experiuntur Confessarii.

II. Quod si defunctus nullum habeat hæredem, 98
 nec de rebus suis disposuit, bona ejus, & conse-
 quenter etiam ab aliis debita vacant, & in jure bona
 vacantia dicuntur, & verè pro derelictis habentur;
 quidem defunctus ipse morte sua amittit omnia
 bona sua temporalia, neque eorum amplius in vita
 altera dominus est, cum ergò ante mortem nihil
 de eisdem disposuerit, nunc verò post mortem di-
 ponere non possit, remanebunt ea bona & debita
 sine nullius dominio, adeoque verè derelicta.

III. Et consequenter ejusmodi bona defuncti ex 99
 & jure naturæ erunt primò occupantis: ideoque
 debita realia debitori remanebunt, *ex com-
 muni doctrina in materia de dominio.*

Dices:

Dices: Talis defunctus disposuit saltem tacite, vel interpretativè, ut sua bona, vel debita distribuantur inter pauperes, vel loca pia pro ipsius animarum. Quid, si erat gentilis, Judæus, hæreticus v. g. Quid, si esset in inferno? Quid, si talis voluisset relinquere, & loquelâ destitutus disponere non potuit? Valdè ergò incerta est hæc tacita voluntas defuncti, ideoque viventes nunc obligare non poterit.

100 *IV. Addidi notanter in assertione: Nisi jus positivum, vel legitima consuetudo aliud decernat.* Nam *Authent. omnes peregr. C. communia, de successioneibus*, decernitur: ut mobilia peregrinorum, si intestati decedant, & sine hæredibus, distribuantur in pias causas per manus Episcopi illius loci. Et alias sive per legem, sive consuetudinem piorum introductam ejusmodi bona distribuuntur solent pauperibus. Et hæcenus de debitis certis. Jam quoad incerta.

§. V.

Debita autem incerta simpliciter ex delicto formali in pauperes, vel pios usus eroganda.

101 **Q**uando nimirum aliquid debetur ex delicto formali à possessore malæ fidei, uti accepta per simoniam, usuras, injustos contractus, defraudationes, furta, rapinas &c. & dominus omnino ignoratur, vel ita absens est, ut ei restitui non possit, omnes consentiunt, debere restitui pauperibus, vel Ecclesiis, aut piis locis: in hac enim materia nomine pauperum semper intelliguntur etiam loca pia. Est expressè de jure positivo ex definitione Alexandri III. *c. cum tu, de usuris.* ubi usuras jubet tradi

tradi pauperibus; quod Doctores extendunt ad alia
 ex quocunque delicto. Et c. *Nemo*. 24. q. 5. ait D.
 Hieronymus: *Nemo, qui rapit, moriens, si habet,
 unde reddat, salvatur. Si eos, quorum fuit, inve-
 nire non poterit, Ecclesia, vel pauperibus tribuat.*
 Atque id ipsum esse de jure naturali docet commu-
 nior DD. *S. Thomas, Cajetanus, Sylv. Covarruvias,*
Walsq. aliisque cit. *Molina disp. 746. Lugo disp. 6.*
 Sect. 12. Alexander enim Papa definiens usurarium
 debere restituere pauperibus, rationem dat: quia
 alioquin non potest dimitti peccatum, nisi restitua-
 tur ablatum. Ergo illa lex non est merè positiva
 penalis statuens restitutionem illam tanquam pœ-
 nam delicti, sed declaratoria legis naturalis de neces-
 sitate restitutionis. Et *D. Hieronymus* ibi utique
 non condit novum jus (certè non potuit) sed de-
 clarat, quod debeat raptor facere ex ipsa obligatione
 naturali. *Ratio* autem est: Quia res illa incerta,
 cujus dominus ignoratur, vel ita absens est, ut ei
 reddi nequeat, adhuc manet sub dominio prioris
 domini, vel ejus hæredis: si enim excidisset omne
 dominium, non esset res incerta, sed derelicta, &
 jure naturæ fieret primò occupantis: atqui ratio
 naturalis postulat, ut res aliena, si domino reddi
 nequeat, disponatur secundùm expressam, vel præ-
 sumptam voluntatem domini meliori modo, quo
 fieri potest: nimirum in pauperes, vel alios pios
 usus, unde aliqua utilitas ad ipsum redundet, seu ut
 ait Scotus: *Cui non potest reddi temporaliter, red-
 datur spiritualiter*: ergo jure naturæ sic fieri
 debet.

102 *Nec obstat*, Quòd rei dominus Judæus, hæreticus, aut aliàs in statu peccati mortalis mortuus sit, ut ei jam damnato opus bonum ex re sua amplius prodesse non possit. Hoc enim per accidens est: & opus bonum cedit in thesaurum Ecclesiæ, aut aliis animabus applicabitur juxta dispositionem divinam. Adde etiam, posse prodesse hæredibus, quibus, si noscerentur, restitutio facienda esset. Verùm aliqua hîc gnaviter observanda sunt.

103 I. Antequam restitutio rei incertæ fiat pauperibus, præmittenda est diligens, & judicio prudentis consideratis circumstantiis sufficiens inquisitio veri domini, vel justî possessoris illius rei, vel debiti, quòd si enim, prætermissa ea debita, & sufficienti inquisitione, res distribuas inter pauperes, injuriam facis vero domino, injustè privando, eum spe recuperandi rem suam; quippe à pauperibus brevi consumendam; & si postea successu temporis dominus compareat, teneberis ei de novo restituere, tibi que imputare debebis, quòd rem alienam ita imprudenter alienaris; nisi tamen rem adhuc extantem ipsi pauperes restituant, prout debent: nam hi, si eam in bonâ fide consumpserunt, ad nihil tenentur, *secundùm omnes*.

104 II. Facta autem debita, & sufficienti inquisitione, & domino non comperto, re distributa inter pauperes, vel ad alios usus erogata, etsi postea compareat dominus, ad nihil amplius tenebitur restituens. *Non enim ratione rei accepta*: cum nihil amplius apud ipsum existat. *Neque ratione injuriam acceptionis*: Quia culpam istam purgavit, facta diligenti

Intelligenti inquisitione veri domini, restituendo rem
 meliori modo, quo potuit, juxta rationabiliter præ-
 sumptam ipsius domini voluntatem. Sed neque
 pauperes ipsi, postea comparente domino, tenentur
 aliquid restituere, si rem sibi erogatam bona fide
 consumpserunt, secundum omnes. Imò neq; etiam
 res adhuc in specie extaret: quia res eis secun-
 dum rationabiliter præsumptam domini volunta-
 tem in eleemosynam erogata est, adeoque illius do-
 minium acquisiverunt, uti docent. *P. Nav. Cajeta-
 na, Henriq. Bonacina*, aliisque *citr.* Lugo *disp.* 21.
2. n. 102. Oppositum tamen sentiunt cum aliis
Molina. disp. 746. & *Less. lib.* 2. c. 14. *dub.* 6. ea
 ratione, quod distributio in pauperes hac conditio-
 ne facta videatur, si non compareat & repetat domi-
 nus rem, antequam consumatur. Quod quidem in
 praxi communiter verum est, quando ex adventu
 domini arguitur, non fuisse adhibitam sufficientem
 diligentiam in inquirendo vero domino: tunc enim
 res adhuc existens, præsertim natura permanens,
 prætiosa v. g. scyphus argenteus, vel torques au-
 reus Ecclesiæ applicatus &c. vel si in aliam formam,
 v. g. calicem transmutatio, vel conversio facta sit,
 eius valor ei restituendus est.

III. Nomine pauperum in proposito intelligun- 105
 tur non tantum mendici communes publicè sti-
 pulati mendicantes, sed etiam pauperes domestici,
 vel privati egentes necessariis ad statum suum; Item
 Ecclesiæ egentes luminaribus, ornamentis, ædifi-
 cationibus; Item omnia loca pia, Monasteria, hospitalia,
 &c. Item animæ defunctorum Missis,
 aliisque

aliisve suffragiis juvandæ ex ejusmodi bonis, aut debitis incertis. Neque porrò opus est ex iis inquirere meliores, vel egentiores, dummodò in verè pauperes erogentur. Neque opus est restituere pauperibus ejus loci, in quo res injusta accepta est, nisi etiam pauperes illius loci defraudati essent, & verosimiliter credatur rem etiam perventuram ad ipsos damnificatos, ut si usurarius, mercator, caupo, pistor &c. in aliquo loco etiam pauperes defraudavit in mensura, pondere, merce, tenetur ibidem restituere, saltem tacitè augendo mensuram, vel pondus, vel alio modo: quia fieri potest, ut sic ipsi, etiam damnificatis satisfiat. Denique nulla etiam lex præcipit ejusmodi restitutiones debitorum incertorum ex delicto necessariò debere fieri per Confessarium vel Episcopum, aut eorum autoritate, sed quilibet per se ipsum restituere potest, & debet, quamvis in re dubia consultum sit petere consilium Confessarii, Parochi, vel etiam Episcopi in re gravi uti observant Doctores communiter.

106 IV. Habens bona incerta, sive inventa, sive adquisita ex contractu, vel delicto quomodocunque, si ipse æquè pauper sit & egens, ac alii, quibus restituere deberet; aut similiter pauperes contingentes habeat, licitè sibi ipsi applicare, aut consanguineis conferre potest, etiam propria autoritate sine præscitu Episcopi, vel Parochi, dummodo necessitas vel inopia evidens, & certa sit: quia talis, vel tales non sunt pejoris conditionis, quàm alii pauperes, ut ex communi docent Molina *disp. 747.* & Less. *cit. dub. 6.* Rectè tamen monentes, ut tales caveant

caveant, ne in propria causa cæco iudicio decipiantur, & fraus absit: præsertim quando res aliena acquisita est ex delicto, furto, usura &c. vix enim sibi retinere poterit, nisi evidens adeò sit necessitas ac inopia, quæ etiam eum aliàs à restitutione excuset, juxta dicenda c. seq. Alioquin enim aperietur via ad furanda aliena sub spe, quòd domino, vel damnificato postea non comparente à restitutione immunès erunt. Tandem facta semel ejusmodi iusta applicatione bonorum incertorum sibi ipsi, si talis postea ad pinguiorem fortunam pervenerit, nihil tenetur amplius restituere aliis pauperibus, quemadmodum nec ipsi domino postea comparenti; quia eo casu rei dominium sibi acquisivit, juxta rationabiliter præsumptam domini voluntatem: ut de aliis pauperibus dictum est.

§. VI.

Idemque valdè probabile, ac tutissimum de incertis debitis ex contractu &c.

Debita etiam incerta absque delicto, vel ex ¹⁰⁷ contractu, ut emptione, mutuo, commodato, locato. deposito &c. vel ex re accepta tantum bona fide, postquam possessor agnoscit rem esse alienam, sed domino ignoto; vel ita se habente, ut ei restitui non possit, debere restitui pauperibus, vel ad pios usus expendi, probabilissima planè, tutissima, & communis est Sententia DD. D. Thom. 2. q. 62. a. 5. ad 2. Scoti 4. dist. 15. q. 2. a. 4. & numeris congestis Less. lib. 2. c. 14. n. 38. Mo. disp. 746. Vasq. Opusc. de restit. c. 5. §. 4. dub. 1.

U 3

Ratio

Ratio est: quia licet jura positiva supra allegata solum comprehendant debita ex delicto, usura, rapina, furto &c. quoad jus naturale tamen eadem omnino videtur urgere ratio de debitis incertis ex contractu, vel re accepta tantum: hæc enim debita incerta restitui debent juxta rationabiliter præsumptam domini voluntatem modo meliori, quo possibile est: voluntas autem rationabiliter præsumpta domini semper videtur omnino esse, ut res sua, si sibi corporaliter reddi nequeat, pro se expendatur in ejus commodum saltem spirituale, dando nimirum pauperibus, vel ad pias causas, sive deinde aliquis habeat, vel debeat ex delicto, sive ex contractu, vel re accepta tantum: ex quocunque enim horum capite oriatur debitum, res semper manet debita domino, & sub ejus dominio, adeoque secundum ejus voluntatem expendenda: ergo: &c. Veruntamen etiam in his debitis à fortiori observanda erunt omnia observata. §. *præced.* de debitis incertis ex delicto, prout notat Lugo *disp. 6. Sect. 12.* Ejusmodi debita incerta, quando non quidem ignotus, tamen absens est dominus, ut ei reddi non possint, si possit, debere dari ejus hæredibus, scilicet consanguineis proximis, maximè descendentes, vel ascendentes, filiis, parentibus, præsertim, si illi egentes sint: nam ita prudenter judicatur velle dominum.

§. VII.

Non minus tamen probabile, ea posse retineri à debitore, ac possessore bona fidei.

108 **E**jusmodi debita incerta absque delicto, ex contractu, vel re accepta tantum, non debere reddi pau-

di pauperibus, sed facta debita inquisitione, domino non comparente, vel ita te habente, ut ei restitui non possint, posse licite retineri, & absumi à debitore, vel possessore bonæ fidei, sanè æquè probabilis est Sententia gravium Doctorum, & verè communis RR. quos mox citabo §. *sequenti*. Ratio est: quia ejusmodi bona incerta 1. non sunt restituenda pauperibus jure positivo humano; hoc enim solum præcipit, ut injustè acquisita per usuras, rapinas &c. in pauperes erogentur, vel alios pios, reddendo injustum possessorem in pœnam criminis incapacem dominii ejusmodi bonorum incertorum: de bonis autem incertis à bonæ fidei possessore in pauperes erogandis nulla mentio habetur; ad quæ odiosa non sunt extendenda. 2. Neque ex jure aliquo positivo divino: quia nullum tale extat. 3. Neque ex ipso jure naturali: quia restitutionem bonorum incertorum etiam ex delicto, sed etiam ex contractu, vel re accepta tantum, non debet de jure naturali, contra communioem quidem, probabilissimè docent *Sotus, Covarruvias, P. Navar.* alii cum *Lessio, Laym. cit.* Et ratio satis firma est: Quia falsum, vel incertum est, eam semper esse rationabiliter præsumptam domini voluntatem, ut res ei debita, si sibi reddi nequeat, in pauperes erogetur, quippè brevi consumpturos, præsertim si omni spe imposterum recuperandi; sed potius, quamdiu potest, conservetur, & sibi data fortè occasione, restituatur, ut mox iterum dicitur. Deinde dato etiam, restitutionem bonorum incertorum ex delicto debitorum pauperibus faciendam esse

esse de jure naturæ, non tamen eadem, sed longe diversa est ratio de aliis debitis sine delicto, quia negari non potest, dominum semper magis esse invitum, quod res sua vel sibi debita detineatur à fure, quàm ab alio innocente. Nam si furi eo casu liceret sibi rem alienam detinere, daretur maxima occasio furandi, eâ nimirum spe, quod postea propter incertitudinem domini eam retinere possit, & sic ex alieno cum iniquitate ditescere, maximo boni communis detrimento: quod periculum inconueniens, ut omninò evitetur, omnes meritò præsumuntur inviti, rem suam detineri à fure, vel injusto possessore, sed potius malle, si sibi omninò reddi nequeat, ut deveniat ad pauperes, vel pios usus pro salute sua corporali vel spirituali: atqui hæc ratio nullo modo procedit de debitis incertis sine delicto, ex contractu, vel re accepta tantum, cum enim talis rem sine culpa, & bona fide possideat, & æquè innocens sit, ac ullus alius, cui ista res distribuenda esset, non potest ita rationabiliter præsumi dominum esse invitum, ut is retineat, vel velle, ut pauperibus erogetur, si sibi restitui non possit, sed potius velle ipsi hæc fortunam favere. Declarabitur magis hæc Sententia duobus §§ sequent.

- 109 Cæterum in utroque casu, quod si tandem dominus ejusmodi debitorum incertorum, vel bonorum inventorum compareat, non debere ei restitui, nisi quantum adhuc extat, vel quantum inde dicitur quis factus est; adeoque si res tota bonâ fide absumpta sit, non debere ei restitui æquivalens, pariter docent Authores prædictæ probabilissimæ Sententia,

Utrique Sententiæ aliquid concedemus §. 9.
Prius tamen sit,

§. VIII.

*Quemadmodum & inventa post sufficientem
inquisitionem domino non comparente.*

ETiam res incertas inventas, si post diligenti-
tem inquisitionem earum dominus non
compareat, pauperibus esse erogandas, vel ad alium
pium usum applicandas (nisi ipse inventor pauper
sit, tunc posse sibi reservare in toto, vel in parte,
considerata re inventa, & inopiâ suâ) docet sanè
communis & sine dubio probabilior tutior Senten-
tia DD. S. Thom. 2. 2. q. 66. a. 5, Scotus *suprà*,
Paludans, Sylv. Medina, Navar. aliisque conge-
llis Molina tom. 3. tr. 2. disp. 746. Less. Laym. Lu-
go, *infra* citandi. Ratio est: 1. Quia bona inventa
sciuntur esse alicujus, neque enim eorum domini-
um amisit, qui ea perdidit: ergo si ipsimet domino
restitui non possint, restitui debent juxta ejus vo-
luntatem probabiliter præsumptam: atqui eo casu
probabiliter præsumendum est dominum velle, ut
in pauperes, vel alium pium usum erogentur in sa-
tisfactionem pro peccatis suis: ergo &c. 2. Acces-
dit autoritas D. Augustini hom. 9. ex 50. relatus
c. si quid causa 14. q. 5. Si quid invenisti, & non red-
didisti, rapuisti. Et ibidem c. 8. dicitur. Multi sine
peccato putant se esse, si quod inveniunt, teneant, &
dicunt: Deus mihi dedit, cui habeo reddere? Et di-
tam peccatum hoc simile esse rapina, si quis inven-
tum non reddat. Et 3. c. eum tu de usuris: expressè

statuitur, ut usurarius pecuniam usurariam non retineat, sed reddat, vel illi, à quo accepit, ejusve hæredibus, vel his non comparentibus, pauperibus: Eadem est ratio de rebus inventis: ergo &c.

III II. Sed rursus probabilis omninò, & in praxi ruta est opposita Sententia, ejusmodi res inventas, domino non comparente, titulo inventionis posse retineri ab inventore. Hanc primus defendit *Sorus l. 5. de justit. q. 3. art. 3. ad 2.* quem secuti sunt *Medina, Arrag. P. Nav. Sa, aliique RR. permitti*, ac probabile censent ipsi mei citati omnes unanimiter, *Laym. lib. 3. de justit. tr. 1. c. 5. n. 14. Lugo cit. Sect. 12. n. 141. Diana p. 2. tr. 17. resol. 5.* Ratio est: quia in jure perinde censetur dominum rei non comparere, ac rem nullius esse, vel pro derelicta haberi; unde & ipsa Respublica ejusmodi bona inventa applicat quandoque Religiosis, quandoque pauperibus, quandoque suis necessitatibus: quod fieri non posset, nisi censeret ea bona jam nullius esse, & pro derelictis haberi: atqui bona, quæ nullius sunt, seu pro derelictis habentur, jure naturæ communia sunt, & jure gentium fiunt primò occupantis: ergo justo ab inventore titulo inventionis occupari, vel retineri possunt. Deinde nulla lex naturalis positiva, divina vel humana præcipit ejusmodi inventa bona pauperibus eroganda, vel ad pios usus applicanda esse. *Non lex naturalis, vel gentium*: quia hæc apud omnes gentes est eadem, & obligat uni formiter. *Non omnibus gentibus*, imò nec omnibus fidelibus hæc persuasio inest, minus observatur, ut re aliqua inventa, statim voluntatem

conciant in pauperes erogandi, quin potius asser-
vandi & custodiendi, dominoque restituendi, si
forte comparens repetat: quod si verò longo tem-
pore non compareat, perinde esse, ac si res dominio
careat, vel pro derelicta sit; ergo &c. Neque lex
ulla positiva divina, vel humana, civilis, vel Eccle-
siastica adferri potest, ut patebit mox: ergo &c.

III. Neque rationes oppositæ convincunt, sed
facile responderi potest. Ad 1. *Negatur consequen-
tia & subsumptum.* Cum enim eo casu res inventa
pro derelicta habeatur, inventor non tenetur se
conformare voluntati domini, sed juri, vel consue-
tudini de tali disponenti. Neque verum est, do-
mini voluntatem semper esse, ut res à se perdita, &
ab alio inventa erogetur pauperibus, quippe statim
consumpturis ablata spe omni recuperandi, quin
potius ut inventor retineat, fortè quandoque recu-
perandam. Ad 2. Resp. SS. PP. Canones aperte
loqui de iis, qui res inventas suis dominis etiam co-
gnitis, vel repetentibus reddere nolunt, aut certè
debitam non adhibent diligentiam, ut res inventa
rursus perveniat ad manus domini; sicque iterum
nihil erit contra nos. Ad 3. *Patens est disparitas.*
Jus enim solùm statuit, ut res injustæ sine legitimo
titulo acquisitæ, utpote per usuram, rapinam, si
proprio domino, vel hæredibus restitui non possint,
non possint retineri à possessore iniquo, sed pauperi-
bus restituendæ sint: in proposito autem inventor
habet aliquem titulum acquirendi, & retinendi sibi
rem inventam, & pro derelicta habitam, nimirum
inventionis.

IV. Quod

113 IV. Quod suprà generatim de debitis incertis notatum, & hîc vel maximè observandum est in rebus inventis. Inventor enim, ut retinere, absumere, alienare possit rem inventam, debet moralem, & exactam diligentiam adhibere in inquirendo domino, eoque majorem, & diuturniorem, quo majoris momenti est res perditâ, quod commodissimè fit per promulgationem in Ecclesiis, vel etiam, ubi moris est, in foro. Quanto autem tempore expectare debeat, prudentis viri arbitrio æstimandum relinquitur. Unde si quis centum aureos invenisset (inquit Sayrus *lib. 10. tr. 5. c. 2.*) non sufficeret semel, & iterum promulgari in loco inventionis, sed etiam in aliis locis inquirei deberet, in quibus prudenter putare potest, domini pecuniam, vel hæredem posse reperiri, deberèq; expectare per annum, vel diutiùs iudicio prudentis, ad hoc ut dominus dicatur non comparere, & res pro derelictâ haberi possit, sicque inventor eam sibi acquirere, absumere, vel alienare possit: minùs longè requiritur, si res levis momenti sit, v. g. pallium, vestis, vel marsupium, aliquot aureorum. Tandem quocunque tempore nondum præscripto dominus rei compareat, vel repetat, si adhuc existat, ei restituenda erunt: quia est adhuc legitimus dominus rei perditæ, nec lex ulla eum spoliât eo dominio, & inventor solum tamdiu poterit rem detinere propter bonam fidem ex ignorantia domini, verè putans rem pro derelictâ haberi: quare comparente domino, cessat habere bonam fidem, ideoque ei res sua restitui debet. Quòd si verò inter illud tempus etiam nondum præ-

præscriptum rem bona fide absumpsit, non tenebitur comparanti domino aliquid restituere inventor, nisi quatenus indè ditior factus esset. Quòd si verò etiam tempus ad præscribendum, vel usucapiendum præscriptum elapsum sit, nihil tenebitur amplius restituere inventor domino comparanti, etiam si res adhuc existeret: quia titulus præscriptionis est irrevocabilis, non item titulus inventionis. Probabilem ergo hanc Sententiam Confessarius tuto sequi potest in praxi, tutiorem autem viam incedendo (prout monent DD. communiter) semper suadere debet inventori, si dives sit, ut juxta communem Sententiam in pauperes, vel pios usus erogat, quos alias adhibere solet ex proprio; si autem pauper, & proprietatis capax est, ei sine scrupulo relinquere poterit: excepto tamen, si res sit sacra, vel Ecclesiastica, ut calix, paramentra &c. tunc enim Superior Ecclesiasticus consuli debet.

§. IX.

Sententia media, omnium tutissima.

Placet resolutio in ejusmodi practicis dubiis di. 115
 judicandis verè Eminentissimi Cardinalis de
 Lugo cit. Sect. 12. n. 141. communiter ita distinguentis: Quando res aliena incerti domini, seu debita sine delicto, seu inventa, in iis circumstantiis posita est, ut spes aliqua supersit, posse aliquando ad dominum compariturum pervenire, omninò rationabiliter præsumi potest, voluntatem domini esse, rem suam non erogari in pauperes, sed potiùs semper asservari à possessore, si in specie conservari potest,

potest, aut si usu absumptibilis bona fide absumatur, vel vendatur: ut sic sibi aliquando fortè comparituro res sua, seu pretium restitui possit: si secus contingat, cedat fortunæ, vel pretium operæ, vel custodiæ suæ, hoc enim est de re ipsius. Et certum est, neminem posse rem scienter alienam sibi retinere, nisi cum hac intentione restituendi rem, vel pretium, si dominus comparuerit: nisi jam bona fide tempore legitimo possessionis præscripsisset. Quòd si verò res illa incerta in talibus circumstantiis posita sit, ut nulla planè supersit spes denuò perveniendi ad dominum: ut si viator nunquam in has partes rediturus, sciens, vel ignorans à te falsam pecuniam acceperit, vel is aliquid apud te oblitus reliquerit &c. tunc rationabiliter præsumi potest, eum velle, ut res sua debita, vel inventa expendatur modo aliquo sibi ussi: ex qua præsumpta dominorum voluntate introducta videtur communis illa, & pia consuetudo ejusmodi res incertas expendendi in pauperes, vel pios usus. Cæterum quænam sit præsumenda voluntas dominorum, non potest melius probari, quàm si quilibet bonæ conscientiæ consulat se ipsum, & cogitet, quid eo casu vellet fieri, quando sciret aliqua sua bona, vel debita defactò esse apud homines bonæ fidei, & conscientiæ, & quod tunc sibi vellet fieri de bonis suis ab altero, an expediat in pauperes erogare, an retineri à bono homine? & hoc ipse tutò faciet alteri de ejusmodi bonis incertis. Denique hætenus sermo tantùm fuit de debitis, & bonis incertis simpliciter: quorum scilicet dominus omninò igno-

igno-

ignoratur, vel ita se habet, ut conveniri non possit. Nam

§. X.

Secus dicendum de bonis incertis secundum quid.

IN debitis quibuscunque sive ex delicto, sive ex contractu, ex re accepta, vel inventa, quando scitur aliquid deberi uni ex duobus, vel pluribus, sed nescio, cujus in particulari determinatè sit, & facta inquisitione sufficienti, dubium perseveret, non utique erit res retinenda, vel danda pauperibus, sed iis æqualiter reddenda in communi, ut vel dividant in re, vel in pretio, vel sortiantur, vel alia inter se transactione convenient; iis autem non consentientibus res iudicis arbitrio, & authoritati committenda erit, ut notant DD. passim *Molina, Less. Lym. Lugo ll. cc.*

II. Quando damnum illatum est immediatè ipsi Communitati, Civitati, Collegio, loco &c. quæ faciunt unum corpus ex multis, ut Seminaria, Monasteria, Hospitalia &c. restitutio facienda erit ipsi Communitati immediatè, non autem particularibus civibus, vel personis: quia Communitas ipsa laesa fuit immediatè, & non particulares personæ, Alumni, Conventuales, infirmi: fiet ergò restitutio Communitati, ad cuius proinde Superiores pertinebit ea bona restituta simul cum cæteris administrare, & particularibus personis providere. *Communis DD. apud citi.* Quare perperam quidam Senator prædivitis civitatis, dum eam gubernaret, mille aureos ex communibus redditibus seductos volebat

lebat restituere pauperibus istius civitatis, & sic ab onere istius restitutionis liberari: perperam; quia in illam summam non magis jus habent inopes, quàm divites, sed tota Communitas: ipsi ergo ætario publico restituenda erit.

117 III. Quando verò damnum illatum est non Communitati ipsi, sed civibus, vel personis particularibus immediatè, ut in bello injusto, deprædatione, vel vastatione oppidorum, vel agrorum; aut si mercatores, caupones, pistores, & similes alios indifferenter defraudârunt mercibus, mensurâ, ponderibus injustis in tali Communitate, vel vicinia, nesciatur autem, quibus in particulari damnum illatum sit, restitutio iterum facienda erit non pauperibus, sed quoad fieri potest, personis læsis. Fiat ergo restitutio aut Magistratui, præsertim Episcopo, aut Confessario, vel viro probo, qui dividant in singulos cives notoriè læsos; aut si ignoti sint huic toti Communitati, vel vicinæ læsæ, aliquod bonum commune faciat, v. g. merces meliores, aut vilius vendendo, aut meliori pondere, vel mensura &c. ut sic, quantum fieri potest, damnum compensetur. Ut ex communi docet Lugo *tom. 1. de just. disp. 6. Sect. 12. n. 148. in simili, vers. Hinc inferatur primò. Tamb. lib. 8. tr. 4. c. 1. §. 3. n. 19.*

SECTIO. III.

Quando restituendum?

SUMMARIUM.

119. *Restitutio interna quoad propositum internum faciendâ est statim mathematicè, seu in puncto, quo quis cognoscit se esse debitorem,*

- 11. Unde non tantum positivè nolens, sed & negativè se habens, seu omittens velle restituere, invito domino continuo peccat toto tempore.
- 12. Talis tamen prolongata rei aliena detentio semper manet idem numero peccatum, quamdiu voluntas non restituendi formaliter, vel virtualiter non interruptitur.
- 13. Restitutio externa, quoad executionem faciendam est statim moraliter tantum, quam primum commodè fieri potest.
- 14. Secus faciendo debitor peccat, & insuper obligatur etiã ad compensandum damnum emergens, & lucrum cessans, seu interesse ordinarium, & extraordinarium.
- 15. Etiam nulla premissa admonitione.
- 16. Nisi in raro casu, quo facile & utiliter mneri potuisset, & monitus non fuit, tunc enim creditor presumitur lucrum, vel damnum illud extraordinarium remisisse.
- 17. Et si debitor ex delicto quandoque ob paupertatem, vel impotentiam excusetur à restitutione ipsius rei, non tamen excusatur ab interesse ordinario, & extraordinario.
- 18. Usque ad n. 136. Quando & quid restituere teneatur possessor bonæ fidei, ubi cognovit non esse alienam?
- 19. Debitor ex contractu obligatur statim moraliter impleto termino in contractu prefixo.
- 20. Gravis dilationis sumi non debet ex mora temporis, sed damno creditoris.
- 21. Quo cessante, differre solutionem etiam juratam veniale tantum erit.
- 22. An & quando liceat terminum solutionis prævenire?
- 23. Debitor ex contractu solutionem culpabiliter differens, obligatur creditori sub mortali ad omne interesse.
- 24. Si culpa sit theologica, & gravis
- 25. Secus, si culpa non sit gravis, aut creditor putetur non esse graviter inditus.
- 26. Si vero creditor sit omnino inditus ad dilationem solutionis ultra terminum, ad hoc ut ei teneat ad interesse, probabilius debeo prius fuisse ab eo admonitus.
- 27. & 145. Qui commodè posset restituere simul totum, non

- satisfacit restituendo successivè per partes; nec cum tali proposito absolvi potest à Confessario;
146. Nisi in raro casu, quo scilicet Confessarius videt eum alio modo omnino non restitutum, nec creditorem notabile damnum pati, & debitorem bona fide ita procedere: aliis non.
148. Sicut nec in articulo mortis quidem absolvi potest debitor non habens propositum restituendi, quam primum commodè poterit
149. Ad absolutionem tamen conferendam sufficit restitutione mentis, seu propositum in proximum.
150. Qui tamen bis, ter, vel sæpius in aliis confessionibus iustus restituere, non restituit, cum facile potuisset, regulariter absolvendus non est, nisi prius restituit.
151. Sicut etiam non tantum sanus, volens restitutionem differre usque ad mortem, sed nec moribundus absolvi potest, qui cum facile possit, non vult ipse restituere, sed onus restituendi relinquere heredibus.

AS S E R T I O III.

118 **R**estitutio ordinario statim facienda est: Internam quidem, quoad propositum internum statim mathematicè, vel physicè: Externa verò quoad realem executionem statim moraliter tantum, post delictum, notitiam rei alienæ, aut terminum præfixum in contractu impletum, alioquin obligabitur inferre de interesse lucri cessantis, vel damni emergentis ex mora culpabili: nec satisfacit restituens successivè per partes, cum quis possit simul restituere totum. In his sæcùs volens debitor a Confessario moribundum quidem absolvi poterit. Est tota Communis. Ratio generaliter est: quia præceptum restituendi ex natura sua simul (& quidem in sententia Scoti ac aliorum communiori) principaliter est negativum, scilicet non detinere rem alienam: sed

sed natura præcepti negativi est, quòd obliget semper & pro semper: adeò ut in proposito nullo unquam tempore liceat detinere rem alienam invito domino, semper enim peccat contra justitiam, & tò magis, quò diutiùs detinet privando dominum, vel possessorem legitimum usu, & dispositione rei suæ, vel sibi debitæ: ergo restitutio statim facienda est post delictum, vel contractum terminatum. Dixi autem ordinariè: seclusa scilicet legitima causa excusante à restitutione statim facienda: de quibus universim c. sequenti. Jam explico terminos, & probo per partes.

§. I.

Restitutio interna quoad propositum est facienda statim mathematicè.

HOC est, in puncto, quo quis recordatur, & 119
 practicè cognoscit, se esse rei alienæ debitorem, vel detentorem, concipiendum est propositum restituendi debitum. *Omnes.* Ratio jam dicta est: quia præceptum restitutionis essentialiter negativum, ita obligat pro semper, ut omni momento velle oppositum, peccatum sit: ergo omni momento, adeoque statim mathematicè tenetur quis nolle detinere alienum, seu quod idem est, velle restituere. Deinde omni momento tenetur quis cessare à peccato: sed voluntariè detinens alienum invito domino, est in statu peccati mortalis ex genere suo: ergo omni momento, & consequenter statim mathematicè tenetur quis nolle detinere alienum, concipiendo propositum internum restituendi. Jam ad

ad discernendum hoc peccatum, maximè in ordine ad confessionem, ita breviter, & distinctè resolvendum.

120 I. Voluntariè detinens rem alienam invito domino continuò toto tempore peccat, non solum quando habet actuale propositum positivum, & voluntatem non restituendi, verùm etiam quando advertens se debere, & posse restituere, negativè se habens, omittit velle restituere: censetur enim ea omissione voluntaria interpretativè, estque contra præceptum restituendi, quòd pro semper obligat, & consequenter, quòd diutius quis seu positivè seu negativè non vult restituere, nec restituit, eò magis aggravatur peccatum extensivè per se, ac etiam intensivè per accidens, si ratione illius moræ, & dilationis domino damnum emergat, vel lucrum cesset, quòd ipsum ad materiam restitutionis faciendæ accrescit: ideòque est circumstantia in confessione sacramentali necessariò explicanda, in communi, & mihi vera Sententia.

121 II. Voluntaria detentio rei alienæ, etiam longissimi temporis semper manet idem numero peccatum, quamdiu manet idem habitualiter propositum non restituendi, seu quamdiu voluntas non restituendi moraliter continuatur, & non interruptur: ita ut quamvis aliquis per annum millies repetat propositum non restituendi physicè valdè interruptum, quamdiu tamen quis mente, & habitualiter ita dispositus manet, ut quoties de restitutione faciendâ cogitat, semper, vel positivè consentiat non restituere, vel negativè se habens omittat velle restituere;

tuere, tamdiu censetur idem habitualiter propositum moraliter continuatum, seu non interruptum, atque ideò idem numero peccatum: in distinctione enim peccatorum non entitas physica actus, sed dispositio voluntatis, ac principalis intentio attendenda est, ut diximus *in materia de peccatis. p. 1. c. 4. Sect. 3.*

III. In voluntaria detentione rei alienæ longi temporis tot committuntur peccata numero distincta, quoties voluntas, seu propositum non restituendi formaliter, vel virtualiter interruptitur. Formaliter quidem interruptitur per pœnitentiam, & formale propositum restituendi: Virtualiter autem interruptitur, quando quis cogitans de non restituendo, vel ulterius detinendo alienum, non vult assentiri, sed aliò mentem studio divertit, ut virtualiter idem agat, ac si retractet malignum non restituendi propositum. Ratio dicti est: quia postquam malignum non restituendi propositum semel interruptum est, & postea rursus reassumitur & voluntariè omittitur restitutio, jam sequentes actus detentionis non ampliùs continuantur moraliter cum priori proposito, neque vi prioris propositi ampliùs fiunt, cum illud jam revocatum sit, & illæque manent per se distincta peccata, ac si priùs propositum nunquam fuisset: ergo tot sunt distincta numero peccata in injusta detentione rei alienæ, quoties propositum non restituendi formaliter, vel virtualiter interruptitur, vel renovatur. Non tamen DD. meritò Confessarium, nominatim Molina *disp. 753.* non debere esse nimis

X 3

scru.

326 *Traët. IV. Pralim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. III.*
scrupulosum, & molestum pœnitentibus, inqui-
rendo numerum hunc peccatorum moraliter tan-
tùm interruptorum in detinenda re aliena (sicut
& in aliis peccatis continuatis, ut odio, inimicitia,
luxuria, concubinato &c.) sufficit enim inquirere,
quanto tempore res aliena voluntariè, & culpabili-
ter, scilicet cum facultate restituendi, detenta sit,
tunc enim facilè ex ejus dictis, & circumstantiis,
præsertim confessionum præcedentium numero,
colliget sæpiùs, vel rariùs propositum non resti-
tuendi interruptum esse. Certum autem hic nu-
merum assignare moraliter plerumque impossibile
est.

[123] IV. In diuturna detentione rei alienæ, præter in-
interrupta proposita non restituendi, multi Doctores
etiam alios casus assignant, quibus committuntur
nova distincta numero peccata: utpote, quoties in-
justè detinens videt dominum esse in necessitate rei
sibi debitæ, & indigere illâ, tamen non restituit.
Item quoties domino, vel creditori repetenti non
reddit, cùm tamen reddere possit. Item quoties
magna, & commoda occasio restituendi se offert,
& tamen negligit. Item quoties utitur re alterius,
vel aliena cum nova domini injuria, vel damno, ut si
res utendo deterioretur, velut instrumenta, vestes
&c. vel usus ipse rei pretio æstimabilis sit, ut equi-
tando equo alieno &c. Verùm *P. Navar.* alique
cum *Tannero disp. 4. de just. q. 6. dub. 14. n. 425.*
rectiùs negant, seclusa interruptione propositi, in
iis casibus multiplicari numero peccata, sed esse
solum ejusdem numero peccati moraliter conti-
nuati

quati circumstantias aggravantes; imò pleræque non necessariò in confessione explicandæ, exceptis, illis, quibus domino rei novum damnum infertur, vel augetur.

§. II.

Restitutio externa, quoad executionem faciendam statim moraliter tantum.

HOc est, quamprimùm moraliter, & commo-¹²⁴ dè fieri potest absque aliquò notabili æquali, vel graviori incommodo proprio restituatis, quàm sit creditori proveniens ex dilata restitutione sui debiti. *Omnes.* Ratio est; quia præceptum restitutionis, licet quatenus negativum est, obliget pro semper rem non detinere, adeoque ad propositum, seu voluntatem internam restituendi, quæ in instanti fieri potest, obligat statim mathematicè; at tamen ut simul affirmativum, præcipit actum externum restituendi, qui actus necessariò requirit moram temporis ad sui executionem, quique variis obstaculis, vel incommodis impediri potest, adeò, ut etiam dominus rei non debeat, vel possit rationabiliter esse invitus, eoque rem suam detineri, quousque moraliter commodè restitutio fieri possit, sine alio graviore, vel incommodo æquali; ideò restitutio realis non potest obligari pro semper, seu statim mathematicè pro tempore indivisibili, sed pro tempore divisibili, quo moraliter commodè fieri potest. Non ergo obligat præceptum restitutionis, quando non adest opportunitas loci, vel temporis; quis enim dicat, aliquem recordatum

suæ obligationis debere ex lecto suo surgere me-
 dia nocte, discedere à prandio, à cœna, exire è Missa
 &c. ad restituendum? quin etiam, seclusa fraude,
 vel dolo, cessante omni impedimento, habitaque
 omnimoda opportunitate, restitutionem modico
 tempore differre unâ, vel alterâ horâ, ait noster Faber
 4. *disp.* 15. q. 2. c. 5. nimis religiosè: aut uno, vel
 altero die, ait Sotus *lib.* 4. q. 7. *art.* 4. aut unum, vel
 alterum, aut tertium diem, ait *Dicastillus*, apud
 Tamb. l. 8. *Decal. tr.* 4. c. 1. §. 6. n. 1. aut aliquantò
 non adeò longo tempore, ajunt Molina. *disp.* 735
 & Laym. l. 3. *de restit. tr.* 2. c. 10. n. 2. non esse dam-
 nandum peccati mortalis, aut tali absolutionem
 negandam ita volenti differre, dummodo habeat
 verum propositum restituendi, & nullum ex dila-
 tione domino grave damnum emergat: licet enim
 talis dilatio, & detentio injusta sit, injuria tamen
 hæc plerumque gravis non censetur, si nullum inde
 notabile damnum proveniat: idque maximè, quan-
 do obligatio restituendi ex contractu, vel re accepta
 descendit, ut mox amplius dicam §. 5. Cæterùm
 causas excusantes à restitutione differenda cujusvis
 debiti simul adferemus c. *seq. Sect.* 3. Jam explicem-
 mus seorsim, qualiter restitutio facienda sit *statim*
 moraliter pro diversa ratione debitorum, ex delicto
 formali, ex re accepta, & ex contractu.

§. III.

Statim moraliter post delictum commissum.

125 **R**estitutio debitorum ex delicto formali quo-
 cunque, scilicet injustæ acceptionis, vel dam-
 nifica-

nificationis cujuscunque, facienda est statim moraliter post ipsum delictum commissum, quam primum scilicet absque notabili incommodo fieri potest. *Omnes.* Ratio ex dictis manifesta est: Quod si ergo talis obligatus ex delicto, habita opportunitate restituendi seclusa omni legitima excusatione non restituat, non solum peccat mortaliter, quia est in continua moraliter ablatione, sed etiam tenetur in conscientia domino, vel creditori solvere omne interesse lucri cessantis, vel damni emergentis ipsi ex illa mora (quæ in debitore ex delicto semper culpabilis) Ratio generaliter jam dicta est *supra c. 2. sect. 4. §. 6.* Quia nimirum cum dominus ex tua culpa non solum privatus sit ipsa re sua principali, sed etiam passus illud interesse, seu damnum, nisi ei utrumque restituas, non fiet æqualitas iustitiæ cum proximo. Pro pleniori intellectu, aliqua addenda sunt.

I. Hujusmodi damnum emergens, & lucrum cessans communi nomine vocatur *interesse*: quia nimirum domino, vel creditori, ultra carentiam rei suæ, vel debiti eatenus interest rem, vel pecuniam suam non detineri ab alio, præsertim injustè, quatenus ex absentia pecuniæ, vel rei suæ ei damnum aliquod emergit, vel lucrum cessat: ut si habitâ pecuniâ potuisset lucrari tantum, vel non habitâ debuit mutuare cum damno &c. Aliud porrò dicitur *ordinarium*, aliud *extraordinarium*. *Interesse ordinarium* dicitur, quando res ipsa pluris valet uno, vel alio tempore, sive quia res intrinsecè crevit; sic pluris valet equus, vel bos adultus, quam pullus,

pullus, vel vitulus; sive quia ab extrinseco crescit ejus pretium, vel valor. Si ergo priveris hoc lucro rei tuæ, diceris pati interesse, seu damnum ordinarium. *Interesse extraordinarium* dicitur quando provenit lucrum ex extraordinaria domini, vel creditoris opera, industria, negotiatione: ut si ex centum aureis negotiationi expositis lucraretur alios quinquaginta: si ergo hoc lucro priveris ab iniquo detentore, diceris pati interesse extraordinarium.

127 II. Utrumque hoc interesse ordinarium, & extraordinarium tenetur in conscientia compensare possessor iniquus, etiamsi nulla præcesserit admonitio, qua creditor dicat creditori, se ipsius causâ ejusmodi damnum pati, juxta communem DD. apud Dianam p. 1. tract. de contractibus resolut. 87. Ratio est: quia quamvis non admoneatur debitor, tamen totum illud interesse creditor, vel dominus rei subit ex culpa ipsius debitoris, vel possessoris iniqui, quia injustè accepit, & detinet, aut aliter damnificavit. *Adde*, ordinariè illam admonitionem fieri non posse: vel enim ignoratur iniquus possessor, vel si licitur, non datur facilè locus admonitioni; vel si detur, prudenter existimatur admonitio nihil profutura.

128 III. Quòd sitamen in raro casu supponatur domino, vel creditori cognitum esse furem, & posse illum facilè, & utiliter cum spe aliqua ductum admoneri, is tamen non admoneat de suo interesse extraordinario, tunc furem seu possessorem iniquum solùm obligari ad restituendam ipsam rem ablatam, & interesse ordinarium, non item extraordinarium

ordinarium lucri cessantis, vel damni emergentis, omnino probabiliter docent *Azorius*, aliisque cit. *Lugo disp. 18. sect. 2. n. 32.* Ratio est: quia, si potest creditor monere utiliter, & non monet, jam ipse est causa sui interesse, seu damni extraordinarii: nam debitor etiam iniquus non tenetur ad omne damnum undecunq; proveniens, sed ad damnum, quod necessariò causatur ab ipso, nec facillè potest impediri: at in proposito facillè potuisset impedire creditor, si debitorem ita admonuisset *Adde*: si potuit creditor admonere utiliter, & non admonuit, præsumitur remisisse hoc lucrum, vel damnum extraordinarium.

Dico autem semper *utiliter*: nam si debitor ita sit dispositus, ut etiamsi præmonitus fuisset, tamen non solvisset, ideòq; utiliter admoneri non potuit, jam certò obligabitur ad totum interesse: quia tunc non creditor non admonendo, sed ipse debitor, sic malè dispositus re ipsa causa esset totius interesse, seu damni. Quòd si dubius sit, an monitus solvisset, solvat partem interesse pro rata dubii, ait *Lugo cit. n. 33.*

IV. Iniquus possessor, seu omnis debitor ex delicto, etsi quandoque excusetur ob paupertatem, vel impotentiam à restitutione rei alienæ ad aliquod tempus, non tamen excusatur à restituendo, quando poterit, dictum interesse ordinarium & extraordinarium, quod interim ex ista mora, etsi tunc inculpabili, patitur creditor vel dominus rei v. g. Titius furatus est centum à te, postea incidit in gravem inopiam multis annis: hic certè durante inopiam

opia excusatur à restituendo illa centum ; At redeunte meliori fortuna , non solum debet tibi restituere illos centum , sed omne etiam totius illius temporis interesse , quod tu fortè passus es eo toto tempore ex carentia tuorum centum. *Ratio est* : quia totum illud damnum tibi oritur ex delicto , & injuria Titii præterita : quare licet ipsa mora culpabilis tunc tempore inopiæ non fuerit in se , fuit tamen culpabilis in radice , scilicet injuria præcedenti : Quare omnia damna , quæ immediatè , vel mediatè ex delicto , vel injuria præterita procedunt , obnoxia sunt restitutioni ob injustitiam primò factam : uti cum aliis doctè observat Tamb. *lib. 8. tit. 3. c. 27. §. 5. n. 5.* Meritò tamen excipiens calum , quo fur rem alienam absumpsisset tempore extremæ necessitatis : tunc enim sine dubio ad nullum illius temporis interesse , imò in probabili sententia , neq; ad ipsam rem absumptam restituendam obligabitur.

§. IV.

Statim moraliter post notitiam rei aliena.

131 **R**estitutio debitorum ex re accepta tantum à possessore bonæ fidei facienda est statim moraliter præfato modo , postquam possessor cognovit rem esse alienam , sine mora culpabili tradendo vero domino rem ipsam adhuc extantem , vel id , quo ex illa re aliena ditior factus est. *Omnes.* : Ratio clara jam alibi insinuata est : nam ulterius voluntariè detinens , ex tunc fit possessor malæ fidei , & tanquam talis deinceps ratione injustæ detentionis , & moræ culpabilis tenebitur ad restitutionem , & ipsius rei ,
qualis

qualis tunc erat, vel postea absumptæ, valorem, & insuper omne interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, *secundum omnes*. Quare hic videndum, an mora illa restituendi sit culpabilis graviter, vel leviter: an dilatio magna, vel modica, an domino, vel creditori multum, parum, vel nihil nociva, & ideo is possit censeri rationabiliter invitus, vel non: & his prudenter perpensis decernenda erit obligatio restituendi gravis, vel levis, illius interesse, lucri cessantis, vel damni emergentis. Et insuper diligenter advertendum.

I. Mora illa restituendi, non est hic mensuranda vel computanda à tempore, quo res accepta est: ¹³² supponitur enim bona fide, & sine peccato accepta; sed à tempore, quo quis primò advertit, & pro certo credit rem verè non esse suam, sed alienam: vel etiam quando incipit notabiliter de hoc dubitare, nec adhibet diligentiam inquirendi veritatem (juxta dicta *cap. preced. sect. 3.*) ab eo enim tantum tempore incipit obligatio restituendi, & non antea.

II. Similiter non est in restitutione attendendum ¹³³ interesse lucri cessantis, vel damni emergentis domino, vel creditori ex re accepta absolute, & pro illo toto tempore, quo res aliena bona fide possessa, vel detenta est; pro eo enim tempore ad nihil obligari potest possessor bonæ fidei, ut ex se patet: sed ex re accepta, & detenta ab illo tantum tempore, quo advertitur esse aliena, si tunc adhuc extet in se, vel in suo emolumento, quo quis scilicet ditior factus sit: si enim eo tempore nihil amplius existat, nihil omninò debere possessorem bonæ fidei, ex dictis liquet,

III. Si

134 III. Si possessor bonæ fidei etiam à tempore, quo advertit rem esse alienam, aliquanto tempore fuit in nulla culpa restituendi ob inopiam, vel impotentiam v. g. alio verò tempore fuit in culpa; & culpabili mora restituendi, similiter tantum obligabitur ad restituendum interesse pro illo tempore, quo fuit in culpa, non autem pro interesse respondente tempori inculpato, ut omnes advertunt. Secus esse de possessore malæ fidei, seu debitore ex delicto, dictum est §. *preced. n. 130.*

135 IV. Debitor ex re accepta, ab illo tempore, quo advertit rem esse alienam, tenetur ad compensandum interesse non tantum ordinarium, sed etiam extraordinarium regulariter loquendo; ab illo enim tempore suâ culpabili morâ est causa illius damni emergentis, vel lucri cessantis domino. Quod si tamen casus contingat, quod dominus jam sciret rem suam, vel id, quo ex re sua ditior factus es, apud te esse, & possit te utiliter de suo interesse, seu damno admonere, & negligeret, probabilissimum est, te non obligari ad interesse extraordinarium restituendum, eadem ratione à fortiori, qua supra de possessore malæ fidei, seu debitore ex delicto admissum est.

§. V.

*Statim moraliter post terminum præfixum,
in contractu impletum.*

136 I. **R**estitutio debitorum ex contractu, ut mutuo, locato, censu, empto &c. facienda est statim moraliter (cessante nimirum legitima causa excusante)

fante) postquam impletus est terminus in contractu præfixus, seu tempus illud, de quo inter partes contrahentes expressè, vel tacitè conventum est, idque etiamsi debitor non admoneatur, vel debitum exigatur à debitore: quia *dies interpellat pro homine* L. Magna. ff. de contrahenda stipulatione. Hoc est, ipse dies, seu tempus statutum, quo, vel intra quod solutio facienda est, interpellat, debitumque postulat pro creditore. Ratio patet ex natura contractus iusti, qui obligat in conscientia ad implendum promissum, termino explicitè, vel implicitè præfixo. Quòd si nullus terminus in contractu sit præfixus solutioni, solutio primùm facienda erit, postquam creditor congruo tempore juxta suam necessitatem, vel utilitatem, aut communem consuetudinem debitum suum exegerit: nisi fortè impeditus exigere non possit, vel à potentiore non audeat: tunc enim terminus solutionis erit, qui prudenter judicabitur esse de rationabili intentione creditoris: ut ex communi notat Laym. cit. Molina disp. 753. Tamb. cit. c. 2. §. 6. a n. 3.

II. Terminus præfixus solutioni in ejusmodi contractibus non debet sumi metaphysicè, vel mathematicè, sed mora communi moraliter, ut suprà generaliter dictum: Unde ad inducendam obligationem gravem, & culpam mortalem, non præcisè attendenda est quantitas moræ culpabilis secundum se in differendo solutionem, sed etiam maxime an talis mora, vel dilatio creditori sit damnosa notabiliter, isque ideo rationabiliter invitatus sit, nec ne: alioquin à mortali excusabitur debitor etiam longio-

longiori tempore, v. gr. aliquot septimanis, imò mensibus differens solutionem. Unde rectè monet *Molin l. cit.* quòd si debitor habeat certum profectum solvendi, nec ex dilatione creditori damnum emergat, vel lucrum cesset, nec sit periculum incurrendi impotentiam solvendi, Confessarium, etiam debeat urgere solutionem, non tamen facillè debere damnare peccati mortalis, aut absolutionem negare ob solam dilatam, etiam multo tempore, solutionem debiti: quæ licet injusta sit, si tamen certò futura sit solutio, secluso damno interea emergente, vel lucro cessante, non potest censerì injuria gravis, & sufficiens ad culpam mortalem. In oppposito autem jam vides, dilationem culpabilem etiam aliquot dierum, vel unius septimanæ posse attingere culpam mortalem.

138 III. Quòd si tamen dies solutionis præcisè definitus sit, maximè cum juramento, quamvis multi censeant peccare mortaliter eum, qui secluso iusto impedimento non solvit definito die; adhuc tamen *Molin l. cit.* aliique post ipsum meritò censent, non semper esse mortale: quia etiam juramentum intelligitur morali modo, & sortitur naturam actûs, cui adjungitur. Unde quando dilatio nullum detrimentum adfert creditori, dilatio etiam ultra terminum juratum, non erit censenda mortalis. Similiter notant alii apud *Tamb. cit. §. 6. n. 4.* non esse reum culpæ mortalis, qui, cum debeat statò die, v. g. singulis Calendis Decembris, vel Angariis solvere centum aureos, eos non solvit, nisi à domino requiratur: is enim est modus ordinarius ejusmodi

modi census solvendi. Sed hoc intelligendum est cum limitatione : nisi dominus , vel creditor sit rationabiliter invitus ad talem dilationem : ut si propter potentiam , vel dignitatem debitoris non audeat creditor inops exigere : tunc enim certe non poterit exculari debitor , qui est solvendo , à gravi culpa.

IV. At quid de præventionem termini in restituendo debito ex contractu? Distinguendum est: si terminus solvendi conditus fuit in favorem debitoris, ut in mutuo, & commodato, debitor poterit terminum prævenire, & citius solvere, creditore utique non recusaturus. Quod si creditor acceptare tunc noluit, & res individua postea forte pereat sine culpa debitoris, interitus non huic, sed creditori imputatur. Vide Dianam, cit. p. 1. r. 8. resol. 17. Quando autem terminus præfixus fuit in favorem creditoris, ut in locato pro pretio ad certum tempus, in censu seu mutuo pro annua pensione &c. tunc debitor prævenire terminum non valet regulariter, esse enim in damnum creditoris, scilicet diminutionem pretii, seu pensionis. Cæterum creditori nunquam conceditur petere rem sibi debitam ante terminum impletum, & conventum, nisi in tribus casibus. 1. Si debitor vergat ad inopiam, seu sit in periculo, ut vocant, *falloris*. 2. Si fugam parat. 3. Si incipit esse suspectus de non solvendo: nam tunc cogetur vel reddere, vel cautionem præstare. Hæc ex communi apud citt. breviter annotare libuit.

Alioquin obligabitur insuper de interesse lucri cessantis, vel damni emergentis ex mora culpabili.

1401. **D**ebitor ex contractu etiam legitimo, si termino transacto in mora mortaliter culpabili restituendi, seu solvendi existat, obligabitur in conscientia sub mortali ad compensandum omne interesse, seu lucrum cessans, vel damnum emergens domino, vel creditori ex illa culpabili solvendi mora. *Omnes.* Ratio clara est: quia tunc ista culpabili morâ injustum damnum infert creditori, qui ex illius culpa lucrum cessans, vel damnum emergens patitur. Idque verum est in omnibus contractibus: nam exceptio illa quoad venditionem, vel emptionem per leges civiles facta, solum in foro externo locum habet, ut benè ostendit *Lugo disp. 18. Sect. 2. contra Molinam*: Ideoque de illa hîc non est laborandum. Quare in foro conscientiæ non possunt excusari à peccato, & à restituendo illo interesse Nobiles, ac domini, qui cum facillè possent, culpabiliter non solvunt mercatoribus v. g. merces emptas, opificibus operas factas, quibus propterea lucrum cessat, & damnum emergit. Si enim verè sunt in culpa non solvendo necessariò sequitur, ut ad omne interesse obligentur. Quamvis tales subinde excusari possint ex eo, quòd mercatores, aliive creditores tale interesse non exigant, nec de eo solvendo ipsos admoneant, juxta dicenda.

141 II. Ad inducendam obligationem restituendi

ejus.

eiusmodi interesse sub mortali, requiritur ut mora debitoris in solvendo sit culpabilis culpâ Theologica gravi, seu mortali: cum nimirum quis seclusa omni causa excusante, solutionem notabili tempore differens, advertit dilationem creditori esse damnosam, eumque merito, & rationabiliter esse invitum. Quare si nulla adsit culpa Theologica, vel solum adsit culpa venialis, non erit debitor obligandus sub mortali ad compensandum interesse quodcumque, sive ordinarium, sive extraordinarium. v.g. Emitti centum modios frumenti Mense Januarii, brevi tempore solvendo, & sine culpa mortali distulisti solutionem pretij usq; ad mensem Majum, quando frumenrum jam multo majori pretio venditur, non obligaris, nisi ad valorem conventum Mensis Januarii; non autem ad illum excessum pretij Mensis Maii, quod est interesse ordinarium. idemque est, si pecuniâ debitâ, & tempestive à te redditâ, mense Majo creditor quodcumque lucrum acquisivisset, quod est interesse extraordinarium. *Ratio* superius generaliter data est: quia nulla culpa vel levis, & venialis tantum culpa, in differendo, non potest parere obligationem gravem, & sub mortali ad compensandum interesse. *Excipe*: nisi in contractu debitor verè & libere consentiente appositum fuerit pactum solvendi interesse ex quacunque mora, etiam inculpabili proveniens: tunc enim debitor obligabitur ex pacto, non autem ex delicto moræ culpabilis. Vide de hoc Lugonem *disp.* 21. *Sett.* 1. n. 23.

III. Quia ergo (ut *S. preced.* dictum) terminus 142

Y 2

pra-

præfixus solutioni debet accipi non mathematicè sed more communi humano moraliter, hinc plerumque excusatur debitor à restituendo interesse non solum per hoc, quòd dilatio solutionis non fuerit culpabilis mortaliter, sive propter impotentiam, difficultatem solvendi, sive propter ignorantiam, oblivionem, vel similem causam, sed etiam ex hoc, quòd debitor bona fide putaverit creditorem non esse graviter invitum ad modicam talem dilationem, cum in praxi non soleant ita urgere debitores, ut ipso die, vel tempore præfixo solvant, sed cum aliqua benignitate extensio fiat. Item credere plerumque poterit debitor, cum creditores scientes, & potentes exigere debitum, tamen non exigunt, non esse ita graviter invitos ad prædictam dilationem: & sic se, & à peccato gravi dilationis & ab onere restituendi interesse liberari. Vide Lugonem *disp. 18. Sect. 2. n. 38.*

143 IV. At supponamus creditores esse omninò invitos ad dilationem solutionis ultra terminum: quæstio jam est, an ad hoc, ut debitor in conscientia obligetur ad solvendum interesse extraordinarium (nam de ordinario non est dubium deberi ante admonitionem) ex mora culpabili, debeat prius fuisse admonitus à creditore dicente v. g. solve mihi meos centum modo debitos, aliàs negotiationes meas exercere non poterò; ideòq; lucrum mihi cessans compensare debebis? Negant eiusmodi præmonitiones requiri, *P. Navar.* & alii cum *Diana p. 1. tr. 8. resolut. 87.* Quia juxta jus supra allegatum: *Dies interpellat pro homine.* Affirmant autem

tem, talem præmonitionem requiri *Azorius*, aliisque
 citt. *Lugo disp.* 18. *Seçt.* 2. *Tamb. cit. tract.* 3. c. 8.
de mutuo §. 3. n. 8. Ratio est: quia debitor fortas-
 se, si de novo hoc onere admoneatur, omnibus vi-
 ribus illud cavere, & debitum solvere sataget. Et
 quia si non admoneatur, meritò præsumet, & cre-
 det debitorem velle condonare illud subsequens in-
 teresse: nam generalis illa præsumptio, quòd quili-
 bet velit lucrari suis rebus, si possit, non videtur
 sufficere ad ponendam obligationem tam certam in
 debitore. Nec obstat illud jus allegatum: hoc enim
 solum intelligitur de debito principali, seu sorte,
 vel lucro convento in negotiatione, non verò de
 quocunque interesse possibili, vel consequente. Ex-
 cipitur tamen hîc consuetudo Mercatorum præser-
 tim in mutuis, de quo alibi.

§. VII.

*Nec satisfacit successivè restituendo per par-
 tes, cum quis potest simul restituere totum.*

I. Debitum nimirum sive ex contractu, sive ex
 delicto magnæ alicuius summæ, etsi subsi-
 stente rationabili causa satisfaciat restituendo suc-
 cessivè per partes: ut si simul non suppetat tanta
 summa, sed successivè comparanda sit: aut restitu-
 tio ob periculum infamiæ, vel damni debeat fieri
 occultè & successivè, ne advertatur.

II. Quando tamen commodè potest simul sol-
 vere totum, non satisfacit restituendo successivè
 per partes, nisi in casu raro rationabiliter præsu-
 mere possit de consensu domini in talem modum
 restitu-

342 *Traët. IV. Pralim. ad Præcepta. 2. Tab. Cap. III.*
restituendi. *Communis D D. apud cirt. omnes.* Ratio est: quia eo casu debitor detinet alienum rationabiliter invito domino, cum tamen jure naturæ teneatur restituere statim moraliter, quando commodè potest: ergò nolens, cum commodè possit, restituere totum debitum, sed solum successivè per partes absque ullo præsumpto rationabiliter consensu domini, peccat contra justitiam pro ratione materiæ, & moræ solvendi, ex genere suo mortaliter: & consequenter cum tali proposito non potest absolvi à Confessario, juxta communem Doctorum apud *Molinam. Laym. citi.* Ratio clara est: quia talis pœnitens non vult cessare à toto peccato injustæ detentionis rei alienæ simul, & simpliciter, sed solum secundum quid, successivè per partes: ideòque non est perfectè pœnitens, nec dispositus, nec capax absolutionis.

146 III. Attamen *Navar. Hostiensis Gabriel. apud Dicastillum* mox citandum, docent posse talem absolvi, quando Confessarius duo videt ex dispositione pœnitentis: Quòd concessio ei hoc modo restituendi, restituet, aliàs non. 2. Si creditor ex hac dilatione successiva restituendi non incurrat aliquid notabile damnum, tunc enim, ajunt, cum Confessarius utiliter gerat negotium creditoris, videtur creditor consentire in eam dilationem, & successivam solutionem. Sed certè videtur consentire plerumq; coactus & admodum involuntarius propter obstinationem, vel avaritiam debitoris, sicut mutuarius consentit in usuras solvendas usurario; ergò sicut usurarius, ita talis debitor propter illum
confer-
tonfec-
IV
si ultr
Conte
pter ig
quòd
obliga
vertat
jori ol
dissim
abeat
rtiam
credite
geret
cirt. D
dub. I.
si tam
ceri p
aperie
sa sit,
Consc.
In ista
C
propos
poterit
enim

consensum, à peccato, & verè injuriâ excusari, & consequenter à Confessario absolvi non poterit.

IV. Probabilis tamen, & tuta erit hæc sententia, ¹⁴⁷ si ultra ista duo addatur etiam tertium, scilicet ut Confessarius advertat pœnitentem debitorem propter ignorantiam probabilem, bona fide putare, quod eo modo per partes solvendo satisfaciat suæ obligationi: tunc enim, si idem Confessarius advertat se nihil profuturum admonendo eum de majori obligatione totum simul solvendi, prudenter dissimulando poterit eum absolvere, ne alioquin abeat desperatus, vel loco peccati materialis, jam etiam formaliter peccaturus: sic enim non solum creditoris, sed etiam pœnitentis negotium utiliter geret Confessarius. Ita *Sylv. Armilla, Navar. alijs cit. Dicastillus lib. 2. de restit. tract. 2. disp. 10. dub. 1. a. n. 6. Tamb. lib. 8. tract. 4. c. 4. n. 4.* Quòd si tamen eo casu debitor pœnitens dubitet, & doceri petat de obligatione sua, jam veritas ei syncerè aperienda erit, cum jam dubitet, & conscientia læsa sit, juxta communem doctrinam in materia de Conscientia, & Pœnitentia.

§. VIII.

In istis secus volens debitor à Confessario, ne moribundus quidem absolvi poterit.

Certum est apud omnes, Confessarium non ¹⁴⁸ posse absolvere pœnitentem, qui non habet propositum restituendi, quamprimùm commodè poterit, seclusa justa causa excusante. *Omnes.* Hoc enim propositum essentialiter includitur in ipsa

contritione , seu dolore efficaci de peccatis cum proposito vitandi omnia peccata impoſterum, quale eſt etiam inſta detentio rei alienæ. Ubi tamen iterum advertendum, quòd paulo ante dictum. Si nimirum Confessarius advertat debitorem propter ignorantiam invincibilem bona fide non advertere suam obligationem restituendi in toto, vel in parte, & se admonendo, vel instruendo nihil profuturum, potest, & debet prudenter diſſimulando eum absol- vere, (& non inſulſè ſtatim ad aliũ remittere &c.) & ſic potiùs illum relinquere in bona fide ſimplici- ter peccati materialis, quàm facere, ut deinceps (eti- ex mera propria malitia) etiam formaliter peccet, vel omninò desperatus abeat. At verò ſi ſimiliter doceri petat ipſemet, omninò veritas aperienda erit, ut etiam modo dictum.

- [149] II. Ad abſolutionem conferendam non præ- quiritur reſtitutio realis, ſed ſufficit mentalis, ſeu fir- mum proſitum reſtituendi in proximum, ut contra *Mercatum*, & quosdam nimirum criticos, docent omnes Theologi. Imò quamvis aliquis ſe- mel in confeſſione promiſſiſſet, & poſt culpabiliter neglexiſſet reſtituere, poſtea tamen ſeriò dolenti, & aſſerenti ſuum firmum proſitum reſtituendi, cre- dere, & abſolutionem non negare debet Confessa- rius; ex eo enim, quòd quis ſemel, & iterum pro- poſitum non impleverit, non ſequitur etiam poſtea non ſeriò promittere, vel reſtiturum non eſſe. Et ſicut in omnibus aliis Confessarius credere potest, & debet pœnitenti, qui in hoc iudicio eſt teſtis tam pro ſe, quam contra ſe, ita etiam in hoc. Unde à fortio-

fortiori, quoties poenitens accedit cum impotentiâ restituendi, est absolvendus, si dicat, se habere firmum propositum restituendi, quamprimùm poterit; esto sapiùs antea restituere culpabiliter neglexerit: idque etiãsi restitutio facienda sit pro decimis Ecclesiæ, ut ex Molina docet Dicastillus in. n. 12. Ratio est: quia Concilium Trid. dum præcipit Confessariis, ne absolvant debitores decimarum, quousque eas solverint, eosque excommunicari jubet; intelligendum est, loqui de debitoribus potentibus solvere, quique non solvendo peccant, qui soli excommunicari possunt; undè impotentes tunc benè possunt absolvi, etiãsi in foro externo habeantur excommunicati, modò in foro conscientiæ excommunicationem defactò non incurrerint: quia scilicet jam verè erant impotentes, quando excommunicatio lata fuit; quòd si verò erant potentes solvere, quando lata fuit excommunicatio, eamque reverà incurrerunt, jam non poterunt absolvi à peccatis, nisi priùs absolvantur ab excommunicatione ab eo, qui potest, & præstita cautione de solvendo, quamprimùm poterunt, juxta communem doctrinam in materia de censuris.

III. Qui bis, ter, aut sapiùs in aliis confessionibus iussus, & pollicitus restituere, & tamen, cum facile potuerit, non restituit, regulariter non est absolvendus, nisi priùs re ipsa restitutionem fecerit, iteoque remittendus, ut priùs restituat, juxta communissimam DD. Ratio: quia talis homo est in periculo proximo, ipsâ experienciâ compertâ, etiãsi impòsterum omittendi restitutionem. Sicut

enim concubinarius sæpius iustus, non eiciens concubinam; ita sanè etiam debitor, qui sæpius, ter, quater, sexies v. g. proposuit, & promisit restituere, & non restituit, manifestè arguitur inefficacis propositi, ideòque ordinariè non est absolvendus, sed remittendus, ut priùs restituat, si commodè possit: si commodè non possit remitti, iterum seriò proponenti ea vice prudenter credendum erit: nam talis posset esse pœnitens, & tales circumstantiæ possent concurrere, ut Confessarius possit, & debeat esse contentus solo proposito restituendi, etiam si antè sæpius iustus restitutionem omiserit. Utrum *Nav. valentia*, & aliis notat *Molina disp. 756. n. 3.* Sic declarans exemplo: ut si Confessarius non leviter credat, pœnitentem re ipsa statim restitutum, ex eo, quòd non eà acrimoniâ ei fuerit injuncta restitutio in præcedentibus confessionibus: vel si aliæ adsint circumstantiæ ad id credendum; & maximè si injungat illi, ut non priùs accedat ad Eucharistiam, donec restituat &c. *Sic ille.* Dixi ergo notanter, *regulariter* tales non esse absolvendos.

351 IV. Confessarius non tantùm sanum absolvere non potest volentem restitutionem differre usque ad mortem, & dispositionem ultimæ voluntatis suæ: quia nimirum talis non videtur habere firmum, & absolutum propositum restituendi statim moraliter, sicuti obligatur; sed solùm conditionatum, & suspensum: volo restituere, non sicut, & quando debeo, sed quando moriar, vel si moriar: adeòque eo ipso consentit in injustam detentionem rei alienæ interea, dum vivit. Sed neque absolvere potest

potest moribundum, seu in articulo mortis constitutum, qui cum commodè possit, non vult ipse restituere, seu per se, sed onus restituendi relinquere heredibus. Ratio manifesta est eadem: quia non vult restituere absolutè, sed conditionatè, si moriatur: interim consentiens in iniustam detentionem rei alienæ, & damnum proximi, ideòque ad absolutiorem est indispositus. Deinde per se culpa gravis est, obligationem propriam velle transferre in alios qui ordinariè erunt ipso testatore negligentiores, ut cetera taceam. Denique talis dispositio restitutionis nimis periculosa, & multis modis injuriosa, ac damnosa est creditoribus, ut experientià nimis notum. Sic DD. passim Navar. uterque, Sylv. Azorin., aliisque cit. valdè rigidè Molina disp. 753. Lessius lib. 2. c. 12. dub. 3. n. 11.

SECTIO IV.

Ubi, quo loco restituendum?

SUMMARIUM.

13. Restitutio ex delicto faciendâ est in loco Domini seu creditoris, ubi scilicet is rem suam haberet, si ablata, vel detenta non fuisset.
14. Idque semper expensis ipsius debitoris.
15. Non solum quando ipse rem aliò transtulit.
16. Sed etiam quando ipse dominus seu damnificatus aliò migrabit, & rem seu pretium ejus secum asportasset.
17. Quòd etiam verum est, si restitutio fiat ex sola iniusta detentione.
18. Usque ad n. 161. Quantas expensas facere debeat debitor ex delicto ad restituendam rem alienam, variae sunt sententiae.

161. *In nostra Sententia: Si debitor in expensis faciendis pro restitutione rei alienæ patiatur damnum solimæ quale, vel paulò majus, quàm patiatur dominus ex carentia rei suæ, adhuc obligatur restituere;*
162. *Si verò deberet pati damnum longè majus, restitutionem differre potest.*
163. *Idcoque restitutio faciendæ est per expensas debitoris proportionatas debito; ut si aliter restitutio fieri non possit, nisi tanta faciendæ sint expensæ, quantum est debitum: v. g. mille, ut restituas mille debita.*
164. *Si nulla sit via, vel spes rem cum talibus proportionatis expensis restituendi ipsi domino, restituenda est ejus proximè consanguineis, vel in horum defectu pauperibus.*
165. *Restitutio ex re accepta in loco debitoris, si alio transferenda sit fieri debet expensis creditoris vel domini;*
166. *Qui proinde à debitore litteris v. g. monendum est, quid de re sua fieri velit.*
168. *Quid faciendum debitori, si dominus ignoretur, aut conveniri, vel res transferri non possit sine equalitate, vel majori sumptu, quàm ipsa valeat?*
170. *Vsq; ad n. 174. Restitutio ex contractu justo faciendæ est in loco conventionis expresso, vel tacito;*
174. *Vsq; ad n. 177. Si verò res sit alio transferenda, id fieri debet expensis illius, in cujus gratiam vel utilitatem potissimum contractus initus est.*

ASSERTIO IV.

152 **R**estitutio debitorum ex delicto formali, seu ratione injustæ acceptionis, detentionis, vel damnificationis faciendæ est in loco domini, vel creditoris, idq; semper expensis ipsius debitoris, proportionatis tamen, & ipsum debitum non nimium excedentibus, Restitutio ex re accepta in loco debitoris, si alio res transferenda, fiat expensis domini, vel creditoris. Restitutio ex contractu justo in loco conventionis, vel expresso

expresse, vel tacite, vel implicite desumendo ex contractus natura, circumstantiis, aut consuetudine communi, & expensis illius, in cuius gratiam, vel utilitatem potissimum contractus initus est, aut in ipso contractu expresse, vel implicite, dispositum. Est communis, uno tantum, & altero controverso, ut patebit.

§. I.

Restitutio ex delicto &c. facienda est in loco domini, vel creditoris.

Qui nimirum res injuste ablata, detenta, vel damnificata est: non tamen in quocunque loco dominus, vel creditor fuerit, vel voluerit, restitutio facienda erit, sed in illo tantum loco, ubi is eam suam habiturus fuisset, si ei injuste ablata, detenta, vel destructa non fuisset. Ita omnes. Ratio patet: quia per restitutionem creditor debet ad æqualitatem reduci, ita ut nullum ex injusta tua acceptione, vel detentione patiatur damnum, vel gravamen: sicque non possit manere rationabiliter invitus: atqui non reducetur ad æqualitatem, sed ex multa tua acceptione, vel detentione damnum, vel gravamen patietur, ideoque rationabiliter invitus, nisi res sua restituatur in loco, in quo eam haberet, si ei ablata non fuisset: alioquin enim is, quique sua culpa propter tuam culpam deberet adhibere novum laborem, vel expensas ad rem suam in locum convenientem transferendam, ut patet: Ergo &c. Quare si mihi hic Passavii surripuisti equum v. g. & illum transtulisti Viennam: hic Passa-

vii debes mihi restituere, non Viennæ. Similiter, si mihi hîc Passavii furatus es pecuniam, quam ego Romam proficiscens mecum tulissem, Romæ debes mihi restituere. Similiter, si furatus es pecuniam, quam dominus in quemcunque etiam remotissimum locum mittebat, in eodem loco reddenda erit: ita enim semper rationabiliter vult dominus. Contra autem non potest rationabiliter velle, pro arbitrio suo in quocunque loco sibi fieri restitutionem, sed solum in illo, quò culpa furis se extendit, nimirum ubi rem suam haberet, nisi à fure ablata, vel detenta fuisset. Unde si mihi Passavii furrupulsi pecuniam, vel rem quamlibet, quam ego ob negotia profectus Romam, mecum non tulissem, sed hîc reliquissem, satisfacis restituendo Passavii, & non cogeris reddere Romæ, etiamsi ego sic maxime vellem: quia furto tuo non es causa, cur ego rem meam Romæ non habeam, sed tantum Passavii. Et ita in similibus.

§. II.

Idq̄ semper expensis debitoris.

154 **C**ommunissima. *Syl. Medin. Navar.* aliisque congestis Molina *disp.* 752. *Less.* l. 2. c. 15. *dub.* 8. *Laym. lib.* 3. *de just. tr.* 2. c. 10. *de restit. n.* 1. *Lugo disp.* 20. *sect.* 8. n. 183. Ratio clara est: quia qui obligatur ad finem, obligatur etiam ad medium per se necessarium ad illum finem: sed debitor ex delicto tenetur ad restitutionem in integrum cum toto interesse, ita ut dominus omninò servetur indemnis, ac si delictum nunquam fuisset factum: ergo

ergo si restitutio non possit fieri sine expensis debitoris, erit expensas facere tanquam medium ad illum finem per se necessarium: & secus creditor patereetur damnum ex alterius injuria. Unde ultimus observa.

I. Hoc maximè quidem verum est, quando ini- 155
quus possessor ex loco injustæ ablationis, vel damnificationis aliò migrat, & rem ablatam secum transportat, v. g. pecuniam, vinum, triticum ex Austria in Sueviam: tunc enim sine dubio rem ablatam, vel damni compensationem ad damnificatum suis expensis in Austriam remittere cogitur: quia ipse solus causa fuit & damni. & expensarum.

II. Etiam verum est, quando ipse dominus, vel 156
damnificatus ex loco damnificationis aliò migrat, & rem ablatam, aut ejus divenditæ pretium secum transportaturus erat: adhuc enim tenetur fur, vel damnificans rem, vel ejus compensationem domino transmittere propriis suis sumptibus, deductis tamen, saltem in foro conscientiæ iis sumptibus, quos ipse dominus in re illa transferenda necessario fecisset: Ubi contra *S. Antonium, Paludanum, Abbatem, & alios Sumistas docet communior DD.* Ratio est: quia damnificans suâ culpa injustæ ablationis, vel damnificationis, adhuc veteris causa expensarum illarum fuit, in quibus proinde dominum debes servare indemnem: nam propter ipsius injustitiam dominus rei non debet privari libertate mutandi domicilium suum, aut migrandi aliò, quocunque libuerit: ergo debitor sibi ipsi, & culpæ suæ imputet, quòd postea, domino aliò migrante,

grante, in restituendo illos sumptus facere cogatur, quos tamen, ut dixi, ipse dominus non fecisset. Quodsi enim etiam ipse dominus, vel creditor similes sumptus in transferenda re ipsa, si ablata, vel damnificata non fuisset, facere debuisset, tunc debitor in foro conscientiae potest illos sumptus detrahere, v. g. tantum retinendo de bonis domini, quantum ad ea transferenda necesse fuisset. *Ratio est*: quia debitor iniquus solummodo tenetur servare dominum indemnem; adhuc autem servat indemnem, etsi in restituendo detrahat illos sumptus, quos dominus ipse aliò migrans in conferenda re sua facere debuisset, adhuc enim tantum recipit, quantum haberet, si injuriam passus non fuisset, ut intuenti patet: ergo &c.

157 III. Etiam verum est, si restitutio fiat ex sola injusta detentione: quia etiam tunc jam est ex delicto: v. g. commodavi tibi equum ad unum mensem, tu ultra terminum fuisti in mora culpabili detinendo per alterum mensem, quando ego cum rebus meis omnibus profectus sum Viennam; debes eò tuis expensis mittere mihi equum, detractis tamen rursum expensis, quas ego quoque in deducendo equo fecissem: nullis autem detractis, si fecissem nullas, ut modò dictum. Sic enim ad æqualitatem redactetur injustitiae damnum, cujus mihi injusta mora tuâ causa fuisti.

158 IV. Sed quæstio hîc valdè intricata est, quantas expensas debeat facere debitor ex delicto ad restituendam rem alienam? Tres sunt hujus Sententia. *Prima* rigidissima est *Cajetani, Armilla, & aliorum* apud

apud Valq. Opusculo de restit. c. 10. dub. 1. in re-
stitutione rei injustè ablatæ non esse attendendum
ad sumptus, vel expensas quascunque semper à de-
bitore præstandas, si aliter restitutio fieri non possit:
quia ex suo delicto ad id totum obligatus mansit, &
dominus, vel creditor in rigore justitiæ justè potest
velle, ut res suas sibi restituat, quibuscunque ex-
pensis, quas debitor sibi ipsi & culpæ suæ imputare
debeat. Sententia nimis rigide, & in praxi intolle-
rabilis, ut mox videbitur.

Altera Sententia est communis D. Thomæ 2. 2. 159

q. 62. a 5: ad 3. Soti 4. dist. 15. a 4. aliorum, quos
congerunt, & sequuntur Molina disp. 752. Less.
lib. 2. dub. 8. Bonacina disp. 2. de restit. q. 5. Laym.

6. c. Nimirum debitorem non obligari ad restituen-
dum immediatè domino, si majores expensæ, quàm
res debita valeat, faciendæ necessariò essent: sed
si res alicujus momenti sit: expectare posse, quo-
usquè spes superest commodioris occasionis ad re-
stituendum; ablata autem omni spe commodæ oc-
casionis, ex rationabiliter præsumpta voluntate
domini, rem restituendam esse ejus proximis con-
sanguineis, vel hæredibus, & in defectum horum,
pauperibus, juxta dicta superiùs: Si verò res parvi
momenti sit, & sine majori expensâ domino reddi
nequeat, posse pro ejus salutè statim erogari in pau-
peres, ut notat Less. l. cit. Hæc sententia maximè
in parte probabitur mox §. seq.

Tertia Sententia media est: Etiam si damnum de-
bitoris in expensis faciendis superet in duplo dam-
num creditoris rei, vel debiti sui, ita ut si ei ad resti-
tuen-

354 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. III.*
tuendū æquè diviti tria, expendenda essent alia sex,
non excusari debitorem à restitutione domino im-
mediatè facienda: Si verò etiam hanc proportio-
nem excedat damnum debitoris, tunc demum suffi-
cere ad hoc, ut non domino immediatè, sed eius
nomine consanguineis, vel in horum defectum,
pauperibus restituatur. Ita mediando inter duas
prioris sententias resolvit Lugo *supra cit. n. 190.* Et
ratio est: quia supposità innocentiam creditoris, &
culpam debitoris injusti, duplo major est ratio, ut de-
bitor injustus patiat, quàm ut patiat innocens
creditor: ergo si aut creditor innocens debeat a-
mittere suum debitum, aut debitor nocens suas ex-
pensas, non sufficit, ut hic solum patiat æquale da-
mnum in expensis necessariis, sed etiam majus pati
debet potius, quàm creditor damnum patiat
sui debiti. Sententia speculativè omninò probabi-
lis. Nostra autem assertio cautè ita dicit.

§. III.

*Expensis debitoris proportionatis, scilicet ip-
sum debitum non nimium excedentibus.*

161 **C**ertum apud omnes est, quòd si debitor ini-
quus in expensis faciendis pro restitutione rei
alienæ patiat damnum solum æquale, vel quàm
æquale, aut aliquantò majus, quàm patiat domi-
nus ex carentia rei suæ, sine dubio adhuc obligari
debitorem ad restituendum. *Ratio:* quia in de-
bitore æquali, vel non multum excedente merito de-
bet esse melior conditio, & potior ratio haberi in-
nocentis domini, seu creditoris. Tu instruisi, tu com-
mede;

mede; hoc est: tu in causa fuisti, cur tantæ expen-
sæ sint faciendæ, tu ergò expende: neque enim ex
tua injuria debet dominus damnum rei suæ pati.

II. Probabilissimum est, si debitor in expensis **162**
faciendis, patiatur damnum longè majus, quàm
dominus patiat ex carentia rei suæ, tunc posse
differri restitutionem, & fieri juxta communem
sententiam secundam supra illatam, ita plurimis
ut. Vasq. cit. c. 10. dub. 1. n. 27. Tamb. cit. tr. 4.
n. 1. §. 8. n. 4. Ratio urgens est: quia justitia non
diversatur Charitati, quæ est finis omnium virtu-
tum, nec rectæ rationi, quæ omnem virtutem diri-
git: atqui Charitas, & recta ratio dicat, dominum,
vel creditorem non debere, nec posse rationabiliter
velle restitutionem sibi fieri cum tanto rigore, per
medium adèdè improprietatum, cum tam into-
lerabili damno debitoris, scilicet per expensas in
duplo, triplo, decuplo &c. imò amplius exce-
dentes ipsum debitum, ut qui centum florenos de-
bet, restituere teneatur, etiamsi alii ducenti, mille,
vel decem millia expensarum ad transferendum de-
bitum necessaria essent: ergo &c. Deinde præ-
ceptum restitutionis non obligat cum periculo a-
missiois vitæ, vel famæ, secundum omnes: ergo
neque obligat cum tam notabili, & excessivo dam-
no temporali debitoris. Obligatur savè injustus
debitor simpliciter ad restitutionem, ut ad finem,
& consequenter etiam ad expensas necessarias tan-
quam ad medium; certè tamen ad expensas pro-
portionatas debito, & secluso longè graviori pro-
prio damno: nemo enim ex obligatione finis tene-
tur

tur ad medium adeò improportionatum, sed censetur obligatio finis pro hic & nunc suspendi, donec medium proportionatum, & commodum magis superet, ergò debitor, quemadmodum si debitum non posset aliter restituere creditori absenti, nisi ipsemet deferret in remotissimam regionem, secundum omnes non teneretur, sed aliam commodiorem occasionem, vel viam expectare posset; ita etiam, si non possit restituere debitum, nisi per multò majores expensas, & valdè graviori damno suo, non tenebitur pro tunc, sed aliam commodiorem occasionem expectare licebit.

163 III. Restitutio ergo facienda est per expensas debitoris proportionatas debito, non absolute & arithmetice computando cum ipso debito, ut si aliter restitutio fieri non possit, tantum debitor teneretur expendere, quantum est debitum v. g. mille, ad hoc, ut restituat mille debita; sed respectivè attendendo ad damnum utriusque secururum, si restitutio fiat, vel non fiat, ex circumstantiis personarum ditiorum, vel egenorum. Unde fieri potest, ut jacturam mille aureorum respectu pauperioris tantum valeat, ac jactura duorum millium, respectu ditioris. Quòd si ergò creditor dives, debitor autem pauper sit, excusabitur hic à restitutione domino immediatè facienda, etiamsi multò minores expensæ faciendæ essent, quàm debitum valeat: quia debitori egeno jactura quingentorum, v. g. majus damnum est, quàm diviti creditori jactura totius debiti mille aureorum. Econtra si creditor pauper, debitor autem dives sit, is non excusabitur

abitur à restitutione faciendâ, etiamsi multò, v. g. duplo, vel triplo majores expensæ faciendæ essent, quàm debitum valeat ob rationem oppositam: quia civiti jactura duorum, vel trium millium minus damnum est, quàm egeno jactura sui debiti, mille aureorum tantum,

IV. Quòd si denique nulla sit spes futuræ opportunitatis, qua res cum talibus proportionatis & moderatis expensis restitui, aut saltem per litteras domini voluntas explorari possit, non ideò debitor iniquus poterit sibi rem retinere, quippè debitum ex delicto; sed juxta rationabiliter præsumptam domini voluntatem debet restituere, vel ejus proximè consanguineis, aut in defectum horum, immediate pauperibus, juxta dicta *sect. 2. §. 5. de restit. debitorum incertorum ex delicto*. Quia hoc casu moraliter judicatur dominus, ac si esset incertus, vel ignotus. Eodémque modo dicendum in casu, quo debitor ob inopiam nullo modo potest expensas facere ad transferendam rem, nec dominum adhibere: tunc enim pari modo det rem pauperibus, vel si ipse æquè pauper sit, sibi applicare poterit in probabili sententia, ibidem relata.

§. IV.

Restitutio ex re accepta in loco debitoris, si alio transferenda, fiat expensis creditoris, vel domini.

V. G. Habuisti bona fide alienum equum, vel rem, vel quàm libet rem; bos alienus ad tuum præsepium confugit; hospes marsupium, vel far-

sarcinam in tuo diversorio reliquit &c. postquam cognovcis rem esse alienam, satisfacis restituendo in eodem loco ubi tu es debitor. Quòd si ad dominum rei absentem res transferenda sit id suis expensis is curare debet. Communissima cum Molina sæpè cit. disp. 752. Less. Laym. cit. n. 4. Lugo disp. 20. Sect. 8. §. 2. Ratio ex superioribus liquet: quia possessor bonæ fidei solum tantum debet restituere, quantum ex re aliena possidet: nec inde, nulla suo culpa interveniente, tenetur pati aliquod damnum: atqui cogere tur plus restituere, quam possidet, & pateretur damnum sine sua culpa, si rem hactenus bona fide possessam suis sumptibus ad dominum destinare deberet: ergo sufficit ei restituere in loco possessionis, sumptibus ad transferendum necessariis domino relictis, qui jus habet in rem suam, nullum verò jus habet in debitorem bonæ fidei. Ubi iterum breviter observandum.

166 I. Postquam possessor bonæ fidei intellexit rem esse alienam, v. g. equum bona fide emptum, debet domino per epistolam insinuare, & explorare, quid de re sua fieri velit: si transmitti postulat, & ille expensas facere cogatur, tenetur dominus solvere, aut ille tantundem de re domini, si divisibilis sit, detrahere, & reservare poterit. Quòd si autem superfluas expensas sine rationabili domini voluntate fecit, v. g. si equum illi transmitteres cum majoribus expensis: quam ipse equus valeat, illas utique in quantum superfluas amittes, nec dominus solvere cogetur.

167 II. Similiter si possessor bonæ fidei pro re aliena

iam cognita conservanda, vel custodienda aliquas expensas faciat, v. g. ad equum sustentandum, aut si aliò migrans, rem in priori loco non satis tutam, secum non sine expensis vel labore transferat, tenebitur dominus compensare, aut ille detrahere poterit, vel actione negotiorum gestorum recuperare, idque ex tacito contractu: qui dicitur ex negotiis similiter gestis *L. 2. ff. de negotiis benè gestis.*

III. Quòd si dominus ignoretur, vel ita absens sit, ut conveniri non possit, aut res transferri non possit sine æquali, vel majori sumptu, quàm ipsa valeat; siquidem supersit spes aliquando dominum conveniendi, & res alicujus momenti sit, ut meritò censeatur dominus non fore contentus, ut alteri detur: eoque servanda erit, aut si servari nequeat, abolenda vel alienanda, pretium postea domino restituendum. Cessante autem omni spe dominum conveniendi, aut aliàs, si res parvi momenti sit, reddenda erit ejus consanguineis, aut in horum defectum pauperibus, juxta communioem & tutiorum Sententiam supra *Sett. 2. §. 5. & 7.* explicatam. Etsi quoque probabile sit, possessorem bonæ fidei posse sibi retinere: quia tunc res comparatur debito incerto, seu rei ignoti domini.

IV. Quòd si tamen debitor ex re accepta, postquam intellexit rem esse alienam, inquirere negligat dominum, aut eo cognito, incipiat in mora esse culpabili restituendi, tunc eo ipso incipit esse debitor delicto, & malæ fidei possessor, adeóq; deinceps tanquam talis domino restituere debet suis expensis ut notat *Lugo cit. n. 194.* Et ex alibi dictis colligitur.

Restitutio ex contractu justo fiat in loco conventionis expresso, vel tacito.

170. **C**Larum est restitutionem ex contractu debere fieri in loco, de quo expressè, vel tacitè inter partes conventum est: & si translatione opus sit, expensis debitoris. Communissima cum Navarra n. 42. meique citati omnes: Idque sive restituenda sit eadem res numero, seu, ut loquuntur Juristæ, eadem res specie: v. g. hic equus locatus, commodatus, depositus, impignoratus; sive restituendum sit aliud æquivalens, v. g. pretium pro equo empto, alia pecunia pro pecunia mutuata &c. Si ergo emisti, & conduxisti equum pro pretio solvendum hic Passavii v. g. hic debes solvere, si alibi, alibi.

171. II. Quod si de loco restitutionis nihil sit expressum in contractu, tunc tacita conventio colligenda erit inspiciendo naturam contractus, consuetudinem loci, vel alias circumstantias. Et regulariter, restitutio, seu solutio fieri debet in loco, ubi res tradita fuit: ita enim postulat æquitas, & æqualitas inducenda intra contrahentes servanda: & regulariter si translatione rei restituendæ opus sit, expensis debitoris. Et hinc

172. III. Debita ex contractu gratuito v. g. donationis, legati, testamenti &c. restituenda sunt in loco, ubi erant, quando donatio, legatum, vel testamentum factum: atque sumptibus donatarii, vel legatarii inde transferenda. Communis apud Les-

Vasq. Lug. Ratio est : quia qui alicui rem gratis dat, donat, vel legat, non intendit ad aliquid amplius se obligare, quam rem alteri relinquere pro libitu, & si opus fuerit labore, vel industria sua auferendam.

IV. Debita ex contractu oneroso transferente ¹⁷³
dominium rei, iquo scilicet non eadem res, sed pro una re accepta, altera reddi debet, ut in emptione, mutuo, censu &c. restituenda sunt in loco, ubi res, pro qua solutio fit, accepta erat. *Ratio est* : quia in his reciprocis contractibus res una in alterius locum quasi substituitur, quod tunc perfecte fit, si etiam idem locus acceptionis, & restitutionis seruetur, ut notant, *Vasq. Laym. ll. cc.* Quin etiam eadem ratione debita ex contractu non transferente dominium, ut deposito, commodato, locato restituenda sunt in loco, ubi res tradita fuit, omnium consensu. Sed cujus sumptibus, si res deposita, commodata, locata, restituenda aliò transferenda sit? Respondet Assertio in fine.

§. VI.

Expensis illius, in cuius gratiam, vel utilitatem potissimum contractus initus est.

Et hinc.

¹⁷⁴
SI contractus initus est in solam utilitatem al-
terius contrahentis, seu dantis aliquid, ut in deposito, v. g. si quis apud te Passavii torquem deposuit, & velit sibi reddi Augustæ; fiat id ipsius sumptibus, & periculo: quia contractus totus est in gratiam ipsius; & aliàs tu patereris damnum in
Z s illis

illis expensis faciendis ex tuo beneficio, & sine ullo jure domini contra te.

175 II. Si contractus initus sit in tuam solius utilitatem, ut in commodato, precario, vel mutuo gratuito: debes eam tuis expensis restituere in loco, in quo eam dominus haberet, nisi illam tibi commodato, vel mutuo dedisset, modò per te steterit, quòd dominus eam rem secum aliò non transtulisset: deductis tamen expensis, quas fecisset dominus in ea re transferenda. v.g. Titius tibi Passavii gratis commodavit libros, vel mutuo dedit pecunias, alioquin secum laturus proficiscens Viennam: tuis sumptibus eò transmittere debes: quia contractus est in gratiam & utilitatem tui tantum: & dominus non debet damnum pati ex suo beneficio, scilicet gratuito commodato, vel mutuo.

176 III. Si contractus initus est in utilitatem utriusque, ut in locatione equi v. g. in quo & tu conductor equi usum habes, & dominus locans pretium accipit, & res aliò transferenda, nihilque de expensis conventum sit, quamvis primo intuitu tu videaris teneri transferre tuis sumptibus, ne dominus sine sua culpa damnum patiatur; probabilissimum tamen est, debere fieri expensis utriusque. *Ratio sumitur argumento retorto*: quia si solus tuis sumptibus rem transferas, tunc damnum patieris sine tua culpa. Dividantur ergo expensæ æqualiter, sicut æquale est commodum. *Ita Tamb. lib. 8. tract. 4. c. 1. §. 8. n. 12.* addens, non rarò debere fieri solis expensis domini: ut si conductor non fuit admonitus de loco, ubi restitutio facienda erit ex negli-

gentia

gentia
comm
ubi re
IV
de rest
debita
restitu
pro m
pta, in
solo lo
cienda
des co
tas, &
rendu
stituti
pensis
um; L

Mc

2. Ref

3. De

gentia domini aliò forte migrantis : tunc enim illa communiter usurpato jure utens restituat in loco, ubi rem locatam accepit, & satisfaciet.

IV. Dicta hæcenus potissimum intelligenda sunt, de restitutione ex contractu, quo res eadem numero debita restituenda est : nam quando res alia pro alia restituenda est, ut in emptione & venditione pretiũ pro merce recepta, aut merx pro pretio jam accepta, in praxi semper solent convenire expressè de solo loco, & expensis restitutionis seu solutionis faciendæ, quod si tamen per injuriam interdum rudes contrahentes nihil de hoc constituent, ad tacitas, & consuetas in ea regione conventiones recurrendum est, & ut *S. preced.* dictum, regulariter restitutio facienda in loco, ubi res accepta fuit, & expensis debitoris. Vide, si vacat, latè *Molinam Lessium; Lugo citt.*

CAPUT IV.

De

Modo & ordine restitutionis, causisque excusantibus.

SECTIO. I.

Quo modo restituendum?

SUMMARIUM.

1. Restitutio facienda est eo modo, quo res sufficienter veniat ad manus domini.
2. Debita ex delicto occulto, occultè, ex publico autem quandoque etiam publicè restituenda sunt.

4. *Quam-*

4. Quando restitutio occultè faciendâ, commodè fieri non potest ab ipsomet debitore, adhibendâ est persona tertiâ, qualis plerumque est Confessarius.
5. Ex rationabili causâ sufficit restituere rectè fingendo se, quasi quid donaret, cum tamen animus sit restituere.
7. Si debitum transmissum per personam à creditore delegatam, pereat quomodocunque, ipsi creditori perit.
8. Unde si famulus à creditore ad petendum debitum missus, cum eo aufugiat, debitor liber manet.
9. Pariter si nuntius à debitore, cum præscitu & voluntate creditoris electus, rem ex quacunque causâ non reddat domino, debitor liberatur.
10. Idem est, si debitor & creditor statuerunt signum, quo à quacunque persona exhibitâ res mittatur, si perit, domino perit.
11. Item etiâ debitum ex contractu vel re accepta transmissum per personam fidelem habitam deputatam ab ipso debitore, non huic, sed creditori perit, si debitum sit reale ac determinatum in individuo.
12. Secus, si debitum sit personale & indeterminatum in aliquo genere, & g. centum floreni, tot modii frumenti &c.
13. Si rem voto vel juramento promissam Ecclesiâ & g. mitas per virum, fidelem tibi putatum, si is eam sibi retinuit, tu deobligaris, non ipse.
14. Nisi rem illam sine sua culpa, & g. furto, latrocinio &c. amisisset.
15. Debitum vero ex delicto, sive reale determinatum, sive personale & indeterminatum in specie, & individuo transmissum per internuntium quemcunque Confessarium, si pereat, vel non reddatur quocunque casu, debitori perit.
16. Usque ad n. 20. salvuntur objectiones.
20. Qui rem furtivam Petro v. g. debitam, bona fide suo, vel alterius v. g. Confessarii consilio, jam erogavit pauperibus, de errore edoctus, secundum communem sententiam ad huc tenetur, eam restituere domino: secundum alios tamen probabiliter liberatur.

Resolvitur casus de famulo; qui has argenteum nomine Titii dono dandum Cajō, id retinuit usque post mortem Titii, ad quid, vel quibus teneatur?

ASSERTIO I.

Restitutio debiti cujuscunque facienda est eo modo, qui consideratis circumstantiis personarum & rei debita, sufficiat ad hoc, ut res recte perveniat in potestatem domini vel creditoris. Debitum transmissum per personam delegatam ab ipso domino, vel creditore, si pereat, domino perit: Debitum autem ex contractu, vel re accepta transmissum per personam fidelem habitam, vel deputatam ab ipso debitore, reale quidem, & determinatum, ac individuum, adhuc domino perit: personale verò & indeterminatum in aliquo genere perit debitori, si sit & quodcunque debitum ex delicto. Est tota communis.

§. I.

Restitutio facienda est eo modo, qui sufficiat ad hoc, ut res recte perveniat in manus domini, vel creditoris.

In hoc consentiunt omnes: quocunque enim modo res in potestatem domini perveniat, jam attingitur finis præcepti restitutionis, & justitiæ commutativæ, scilicet æqualitas, ut nimirum dominus habeat tantum, quantum habere debet. Unde in debitis ex contractu, vel re accepta parum refert, num debitor palam, vel clam per se, vel alium restituat, dummodo restituat; nam juxta regulam juris in 6. *Quod quis per alium facit, per se facte censetur.*

II. In

3 II. In debitis ex delicto aliunde refert, ut debita ex delicto occulto, occultè etiam restituenda sint ad evitandam infamiam, vel aliud incommodum debitoris. Debita verò ex delicto publico interdum etiam publicè restituenda sunt ad emendandum scandalum, & offensam aliorum, ut contingit in publicis & notoriis usurariis, qui ex Charitate tenentur, & à Confessario urgendi sunt etiam restitutionem publicè facere ad scandalum, vel jam datum tollendum, vel imposterum cavendum. Quòd si tamen talis jam occultè restituisset, non teneretur iterum publicè restituere, sed sufficeret alia ratione occurrere scandalo, v. g. ostendendo se jam restituisse: nam quòd publicè debeat restitui non oritur ex obligatione justitiæ, cum etiam occulta restitutione jam sublata sit inæqualitas, sed oritur solum ex obligatione Charitatis tollendi scandala, & offensas proximorum, quæ sola nunquam inducunt obligationem restitutionis,

4 III. Etiam consultum est, ut, quando restitutio debita ex delicto occulto, etiam occultè non potest fieri à debitore, nisi cum periculo infamiæ, vel aliterius incommodi, is inquirat occasionem restituendi per tertiam personam, hominem nimirum fidelem, & probum ac secretum, qui loco debitoris, personam innominatam, domino, vel damnificato restituat: qualis persona idonea plerumque censetur Parochus, vel Confessarius sub sigillo saltem naturali ad id obligatus, uti monent DD. S. Thom. & Scotus 4. d. 15. q. 2. n. 34. ubi ait: *Quando ablatis fuit occulta, tunc non tenetur ablator se procedere,*

ere, nec per consequens per se ipsum restituere, sed per aliam personam secretam, & fidelem, & expedire, quod per Confessarium: Quia sibi est crimen detectum in Confessione, & de ejus fidelitate, quod restituat fidei suae commissum, satis debet credi. Hæc Scotus.

IV. At, quid si debitum ex delicto tibi ipsi restitutum rectè, ut ne tu ipse læsus quidem advertas, v.g. ex occulto furto, vel fraude debeo tibi centum aureos, sed quia sum tuus bonus amicus, timeo, ne alio quocumque modo restituens veniam tibi in suspicionem furti, imò fur deprehensus & famam, & amicitiam apud te perdam: idè tempore nuptiarum tuarum v. g. dono tibi vas argenteum, aut gemmam pretiosam auro inclusam ejusdem cum furto valoris, reverà tamen animo, ut tibi tuum debitum restituum: eròne sic liber ab onere restitutionis? Ratio dubitandi est: quia certum moraliter scio, te utpote gravissimum virum mihi in aliqua simili occasione aliud tantumdem redonaturum, quod donaturus non esses, nisi ego antea donassem. R. Te nihilominus liberari. Ratio est: quia, cum hæc redonatio fiat ex mera liberalitate, ad quam tu amicum nec induxisti, nec obligasti, non es directa, & absoluta illius causa, sed tantum occasio; quare, tum periculum tuæ famæ, sit causa proportionata te excusans à cooperatione ad hoc amici damnum, quod occasione tui ficti muneris inferitur, non peccas, nec consequenter ad restitutionem ulteriorem obligaris. Confirmatur: Ad evitandam infamiam licet differre restitutionem, imò quandoque omni-

368 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta. 2. Tab. Cap. 17.*
nò omittere, ut patebit *Sett. 3. & 4.* cum fama sit
altioris ordinis; cur ergò ob eandem causam non
liceat in nostro casu, ita occultè restituere, cum id
magis faveat creditori? Sed jam vides minimè lice-
re sic facere, si nulla iusta, & proportionata causa
subesset, ob rationem dubitandi antea propositam:
sic enim restituens, certòque prævidens dominum
tantundem redonaturum, ipsi potius illuderes,
quàm satisfaceres.

6 Cæterum principails hîc est controversia ex *n. 4.*
Quòd si debitor debitum suum mittat creditori per
personam tertiam, famulum, nuntium, Confessa-
rium, & res sua, sive malitiâ talis personæ tertie, si-
ve casu fortuito (v. g. furto, latrocinio, naufragio
&c.) ad dominum non perveniat: liberaturne tunc
debitor, an verò denuò tenebitur restituere? Et ha-
bet quæstio locum tam in debitis ex delicto, quàm
ex contractu, vel re accepta. Et nota, posse perso-
nam illam intermediam restitutionis delegari ali-
quando ab ipso creditore, vel domino rei, & tunc
perinde est. Aliquando ab ipso creditore, & tunc
necesse est, ut persona delegata à debitore ad resti-
tuendum, sit, vel communiter habeatur fidelis, &
ab ipso debitore talis esse bona fide credatur: alio-
quin enim debitor tradens rem restituendam per-
sonæ suspectæ, vel sibi incompetæ fidei, eò ipso
censebitur egisse dolosè, & saltem culpabiliter, &
re pereunte, & non redditâ domino, non liberabi-
tur ab obligatione denuò restituendi, secundum
omnes. Itaque dicimus porò in Assertionè.

§. II.

Debitum transmissum per personam delegatam a domino, vel creditore.

7 Quocunque casu aut culpa personae intermedie pereat, vel ad ipsum non perveniat, ipsi domino, vel creditori perit. & debitor ab onere restitutionis liber manet. Communissima, meique citati. Molina, Less. Laym. Ratio patet: quia hoc est, quod personae a creditore delegatae debitum traditur, totum dominium rei traditae ac plenum jus in re transit ad creditorem: ergo creditori, & non debitori perit; consequenter cessat obligatio denuo restituendi. Hinc ulterius.

8 II. Si famulus missus a domino ad petendum, & auferendum debitum, postmodum una cum debito aufugiat, debitor liber manet, nec tenetur quidquam amplius restituere: quia famulus ita destinatus a domino, facit quasi unam personam cum domino: ideoque tradere rem tali famulo, idem est, ac tradere ipsi domino, pleno dominio in ipsum translato, ut modò dixi: consequenter ei tradita res perit. Secus esset, si dominus misisset famulum solum ad monendum debitorem, ut debitum solvat, non autem, ut debitum auferat, seu non designando ipsum ut personam, qua mediante debitum transmittat, tunc enim si debitor ei rem tradat, isque cum re sibi tradita aufugiat, debitum cogetur denuo restituere; nam hoc casu famulus ad transferendum debitum non a domino, sed a debitore destinatus est, juxta mox dicenda §. seq.

9 III. Eadem ratione : quando debitor pecuniam debitam tradit nuntio, à se quidem delecto, tamen etiam de voluntate & commissione ipsius domini, ut quem vellet, deligeret, modò fidelis communiter habeatur; isque rem traditam ex quacunque causa non reddat domino, liberatur debitor obligatione denuò restituendi. Ratio eadem est, quæ supra, Secus esset, si debitor, omisso nuntio de consensu domini semel delecto mittat debitum per alium, sibi fortè magis fidelem visum, & is tamen debitum non restituat : tunc enim debitor non liberabitur obligatione denuò restituendi, quia verè ipsius tantum delegatus fuit.

10 IV, Similiter si debitor, & creditor communi consensu statuerent aliquod signum ex pacto, quod per omnem personam exhibentem illud signum, res sit mittenda: & aliqua persona alio tali signo falso exhibito, rem sibi traditam non reddat domino, domino perit, & debitor liberatus manet : quia vi pacti, persona tale signum exhibens censetur unam personam cum domino facere; ideòque debitor illi personæ debitum tradens, ipso domino tradidisse. Secus rursus esset, si debitor ipse alicui alteri manifestasset tale signum : tunc enim personam illam rem sibi traditam non reddente, ipse non liberabitur, sed denuò restituere cogetur : quia revelatio secreti signi (quæ instar doli habetur) in causa fuit, quod creditor debitum suum non recipiat, ut notat etiam *Molina*.

§. III.

Debitum ex contractu, vel re accepta transmissum per personam fidelem habitam deputatam ab ipso debitore.

Si quidem debitum reale sit, ac determinatum **II**

Si in individuo, v. g. hæc vestis, hic scyphus, hic equus locatus, vel commodatus, hæc numero pecunia deposita &c. si vel malitiâ illius personæ, vel quocunque casu domino non reddatur, aut periret, etiam domino periret, & debitor liberatus maneret. *Communis DD. apud citt.* Et quoad commodatum habetur expressè in Jure *L. Argentum f. commodati. Argentum commodatum si tam donec seruo meo tradidissim, ut non debuerit quis existimare futuram, ut à quibusdam malis hominibus deciperetur; tamen non meum detrimentum erit, si id mali homines interceptissent.* Hæc ibidem autem est, si res debita sit ex quocunque contractu, aut ratione rei acceptæ tantum à possessore bonæ fidei. *Ratio est:* quia talis res ita in specie, & in individuo determinata debita spectat ad actuale dominium domini, ut in deposito, commodato, locato, aut si talis res inventa, vel aliàs possessa sit bona fide; at omnis res, quæ perit, domino perit: ergo si debitor bona fide transmittit per bajulum fidelem habitum, & non reddita est, ipse liberatus à restitutione manet. Intellige autem semper: dummodo ex parte debitoris in designatione talis personæ intermediæ omnis dolus & culpa absit juxta *di. fac. 2. de restit. ex contractu.*

A 3 *

II. Quod

12 II. Quòd si verò debitum ex contractu, vel re accepta personale, & indeterminatum sit in aliquo genere v. g. centum floreni, tot modij frumenti ex mutuo, vel empto, transmissum per personam intermediam quantumvis fidelem habitam, etiam fortè ex causa per Confessarium designatam à debitore, si ejus malitia, vel quocunq̃ casu ad creditorem non perveniat, debitori perit, isque denuò restituere tenetur, & omni jure, & foro obligatus manet. *Omnes.* Ratio est: quia res personaliter tantum, & indeterminatè debita alteri, ut centum floreni ex mutuo, vel empto, non est sub dominio creditoris, sed manet sub dominio debitoris tantum, quousque creditori reddatur, vel ad ejus manus perveniat immediatè, vel mediatè per bajulum ab ipsomet destinatum: atqui omnis res, quæ perit, suo domino perit: ergò si debitor tale debitum misit per alterum à se delegatum, & quacunque causa redditum non est, ipsi debitori perit, isque denuò alios centum florenos v. g. solvere cogetur.

III. At quid si debitum sit ex voto, vel juramento Deo factum, v. g. vovisti, vel jurasti Deo calicem, vel pecuniam tantam dare Domui Lauretanae; misisti per virum, fidelem tibi putatum, sed ipse sibi retinuit: tu jam id rescis, obligarisne mittere, & solvere votum tuum, vel juramentum?
 n. Minimè. Ita (contra satis multos) cum aliis Diana p. 10. *traët. 16. resolut. 97.* Tamb. *cit. c. 1. §. 5. n. 9.* Ratio est: quia satis in re morali ex Dei benignitate à te votum, vel juramentum adimple-

tum censendum est, mittendo per illam mediatam traditionem bona fide factam. Disparitas inter Deum, & hominem in simili sæpè inculcata est. Interim mediator ille nequam semper obligabitur muneris suo satisfacere ex justitia: si non faciet, peccabit is, non quidem contra votum, vel juramentum, quia ipse nihil vovit, vel juravit, sed contra justitiam, ut patet. An etiam sacrilegio? Ita affirmant Bonacina, Fagund. apud Tamb. cit n. 9. in fine. Eò quòd res sit Deo destinata. Negant æquè facile alij, eò quòd res nondum sit Deo sacra ex sola privata hominis voluntate Deo deputata.

IV. At, quid si mediator ille illam rem sine sua culpa amittat furto, latrocinio, vel alio casu improviso: obligaturne ad aliquid? R. Ad nihil obligari, si amittat rem determinatam in individuo acceptam, v. g. hunc calicem, hunc aureum anulum, hanc numero pecuniam: aut si amittat totum cumulum pecuniæ, in quo pecunia à vovente data, unà cum suâ permixta erat. Ratio est: quia ipse non obligatur ex voto, vel juramento, quòd solum parit personalem obligationem in ipso vovente, vel jurante. Non ex re accepta; quia jam rem amisit. Non ratione amissionis; quia hæc inculpabilis supponitur. Nec denique ex contractu speciali assecurationis; quia nullus intervenisse iam supponitur; ergo ex nullo capite. Secùs dicendum esset, si occasione illius pecuniæ alienæ, & votivæ, amisisset aliam pecuniam propriam: tunc enim quia suam pecuniam amisit, tenetur alienam votivam adhuc ad Domum Lauretanam defer-

re; quia illius amissionis infortunium nullo modo debet cedere in damnum Ecclesiæ, uti resoluit Tamb. cit. n. 12. in fine.

§. IV.

Sicut & quodcumque debitum ex delicto, si perditum, debitori perit.

¶ I. **D**ebitum ex delicto quocumque sive reale determinatum, sive personale, & indeterminatum in specie & individuo, transmissum per internuntium quamvis fidelem habitum, etiam Parochum, vel Confessarium, sive ejus malitiâ, sive quocumque casu domino non reddatur, vel pereat, debitori perit, isque denuò restituere tenetur. Ita contra paucos infra citandos, communis DD. Navar. uterque *Tolet, Rebellus, Faber, Silvius*, aliiq; citt. Lessius lib. 2. c. 16. dub. 6. n. 65. Mol. tom. 3. disp. 754. n. 2. §. *Quando per Confessarium*. Laym. Lugo tom. 1. de justit. disp. 21. sect. 5. à num. 89. Ratio est: quia debitor ex delicto, hoc ipso, quia injustè accepit, & detinuit rem alterius, est vera, & voluntaria causa damni alterius, sive deinde res suâ sive alterius culpâ, sive quocumque casu pereat, (simili tamen casu non certò peritura apud dominum, juxta alibi dicta) seu ad dominum non perveniat: semper enim verum est dicere, nisi delictum tuum præcessisset, & tu rem alterius injustè non detinuisset, res domino non periisset: ergo quocumque modo pereat, debitori ex delicto perit: consequenter is nunquam liberatur à restitutione. Et sanè secundum omnes debitor iniquus non liberatur

beratur à restitutione, si res aliena apud ipsum omnino invitum, furto, rapinâ, incendio periisset, (saltem nisi similiter certò peritura fuisset apud dominum) ergò eâdem, imò majori ratione non liberatur à restitutione, si res aliena ab ipso voluntariè tradita nuntio, vel etiam Confessario, ejusque malitiâ, vel quocunque casu pereat, vel domino non reddatur. Nec obstant, quæ videntur opponi posse.

Nam I. Verum est: rem debitam determinatam in individuo, v. g. hic torques aureus &c. si pereat, suo domino perire. Sed adde: si sine culpa debitoris pereat, atqui hic præcessit culpa debitoris iniqui & debitor ex delicto, seu possessor injustus primo instanti acceptionis, vel detentionis injustæ semper est in mora culpabili solvendj: ergo res simpliciter ejus culpâ perit. Neque enim censerit potest solo casu perire, quando interitus causa, & occasio fuit culpa, seu injusta ablatio, etsi postea absque ejus alia novâ culpâ, solâ culpâ alterius, vel casu pereat, & domino non reddatur, Secus esset, si res aliena absque omni culpa habita à debitore, postea casu pereat: tunc enim domino peribit, & debitor liberatus manebit, juxta dicta §. preced. n. II.

II. Verum etiam est: debitorem in hoc casu, quando debitum ex delicto occulto per se ipsum sine periculo infamiæ, vel alterius incommodi restituere non potuit transmittendo per internuntium, vel Confessarium maximè fidelem habitum, fecisse quantum in se fuit, seu quantum potuit, & debuit. Sed intellige in ordine ad evitandum novum peccatum in illa restitutione sic bona fide facta:

Sta: non item in ordine ad extinguendum debitum, & evadendam obligationem ex primo delicto ortam restituendi denuò, si ea ratione restitutio efficaciter non fiat: quia ex delicto præterito semper obligatur ad servandum dominum indemnem cum effectu.

18 III. Verum quoque est, eo casu, cum debitor ex delicto occulto, ob periculum infamiæ, restituere non potest per se, do minum præsumi contentum, ut restitutio sibi fiat per Confessarium, vel aliam personam, maximè fidelem habitam. Sed utique semper intelligendò: *salvo jure suo*; ut quomocunque res ad ipsum non perveniat, absque suo detrimento id fiat. Verum autem non est, dominum tunc perinde se habere, ac si personam intermediam ipse delegasset, cui res tradatur: tunc enim vi mandati haberet pro accepto debitum datum illi personæ intermediæ, adeoque remisisset jus ad damna secuta, si sibi res non redderetur. In proposito autem dominus non designavit personam, nec renuntiavit juri suo præhabito ex delicto alterius; sed solum tacitè intelligitur consentire, ut debitor iniquus eo modo restituere tentet, retenta tamen obligatione, & jure suo, ut non suo, sed debitoris periculo fiat, si restitutio non succederet. Sententia re ipsa mihi verissima.

19 IV. Quia tamen fortassis quandoque præsumi posset creditorem, seu dominum rei velle remittere jus suum, si eo casu res tradita Confessario minimè suspecto sibi non reddatur; ideò cum *Tamb. cit. lib. 8. tit. 4. §. 5. n. 7. in fine*; non audeo damnare

oppositam sententiam, debitorem hoc casu liberari
 à restitutione denuò facienda. Ita absolutè docent
P. Navar. (mutatâ priori sententiâ) *Rodrig. Regi-*
nald. Fillucius, alii, quos affert *Diana p. 2. tr. 3.*
Seçt. 17. Miscell. resolut. 2. censens hanc sententi-
 am esse tutam in praxi. Et non improbabilem cen-
 set etiam *Lessius lib. 2. c. 16. dub. 6. n. 67.* Ratio
 modò indicata est: quia & tu fecisti, quantum po-
 tuisti; & creditor censetur tunc consentire huic
 transmissioni per hominem adeò fidelem putatum,
 perinde, ac si ipse designâisset; & ideò velle cedere
 iuri suo, si præter omnem opinionem res ei non
 tradatur, siquidem tu prudenter te gessisti. Sed tu
 benè pondera dicta superiora, & cogita; & ex di-
 ctis judica de uno, & altero casu hîc incidente.

Casus incidens.

Confessarius bona fide, & errore inculpabili du-
 ctus tibi indicit pœnitenti, ut pecuniam, ali-
 amvè rem, quam à Petro surripuisti, des pauperi-
 bus: tu promptè exequeris, eam mox integrè pau-
 peribus distribuens; postea sive idem Confessarius,
 te meliùs perpensâ, sive alius doctor tibi insinuat,
 te meliùs perpensâ, sive alius doctor tibi insinuat,
 incautum fuisse consilium: cum enim sciretur do-
 minus, ipsimet res sua restituenda erat, & non pau-
 peribus. Teneberisne iterum rem domino resti-
 tuere, vel compensare? *R.* Omnino, quòd sic, se-
 cundùm Sententiam communem modò probatam;
 eadem enim omnino est ratio, quæ in casu fuit po-
 sita. Quòd si tamen velis sequi Sententiam modò
 propositam, certè cum *Tamburino ibidem n. 8.*
 non

378 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. IV.*
non audeo, te iterum obligare. Ratio videtur
esse, quòd dominus non debeat esse invitus in tanta
pietate tua, quin consentiat in illam eleemosynam,
in ejus spirituale commodum erogatam: Et confir-
matur: Nam alioquin si denuo restituas, plus resti-
tues, quàm debes: (ad quod justitia te nunquam
obligat) quia dares nunc pecuniam illam ablatam,
& insuper jam antè dedisti bonum illud spirituale
eleemosynæ, quòd jam cessit pro lucro spiritali
domini. Supponitur autem semper hìc bona fides
& Confessarii, & pœnitentis; alioquin certum est,
obligationem non extingui, quin in defectum pœ-
nitentis ipsi incumbere Confessario, juxta dicta. c.
preced. Sect. 1. §. 3. de consulente ad damnum pro-
ximi.

Casus incidens alius.

21 **T**itius æger famulo suo dat vas argenteum, ut
suo nomine dono tradat Cajo. At famulus
non tradidit, sed detinuit dolosè usque ad mortem
Titii domini sui. Quæritur hìc, ad quidnam fa-
mulus obligetur? Molina *tract. 2. disp. 263. n. 7.*
cum aliis multis docet à famulo duplicatam deberi
restitutionem: Cajo enim donatario debet valis
æstimationem propter damnum, quod illi intulit,
dum ei donum non tradidit, vel saltem ei non signi-
ficavit, ut potuisset illud Cajo acceptare, vivente
Titio, & sic jus in donum acquirere. Hæredibus
autem Titii debet restituere ipsum vas argenteum:
quia cum omne mandatum expiret morte man-
dantis, illud autem mandatum Titii ante illius
mor-

mortem non habuerit effectum, jam nunc vas illud non pertinet ad Cajum donatarium, sed ad hæredes defuncti Titii: nisi fortè donatio facta fuerit ad pi- am causam: tunc enim in favorem animæ præsumi- tor mandatum subsistere. Sic *Molina*, & in rigore quidem verissimè. Verùm duplicata hæc restitutio dura nimis erit famulo. Ideo probabilis videtur Sententia Sa. v. *Donatio* n. 25. Et aliorum cum *Tamb. cit. n. 12.* Nimirum sufficere, si famulus reddat ipsum vas Cajo donatario, nihil hæredibus. Ratio est: quia satis probabile est, mandatum illud, cum sit favorabile, & gratia facta, non expirare morte mandantis, sicuti nec morte concedentis ex- spirant cæteræ gratiæ factæ, ut sunt concessiones privilegiorum, dispensationum, Indulgentiarum &c. ut latissimè docet *Sanch. l. 8. d. Matr. disp. 28. præsertim n. 46.*

SECTIO. II. Quo ordine restituendum?

SUMMARIUM.

24. Ordine restitutionis debita certa præferenda sunt incer- tis, ita ut habens plura debita prius restituere de- beat certa debitoribus notis, postea de reliquo in- certa, quousque se extendunt facultates.
26. Pariter debita realia præferenda sunt personalibus:
29. Inter debita autem personalia, hypothecata præferenda sunt nudis non hypothecatis usque ad n. 34.
34. Usque ad n. 40. docetur summarè, quæ, & quo ordine, ex bonis defuncti solvenda sint.
40. Inter debita nuda, onerosa præferenda sunt gratuitis, ita ut quis prius solvere debeat debita contracta ex donatione, legato &c.

43. *Reliqua debita personalia nuda ejusdem rationis: scilicet nec hypothecata, nec privilegiata indifferentes solvenda sunt pro rata parte facultatis, & debitorum proportionem geometricam.*

44. *Solvitur fundamentum opposita sententia:*

45. *Vsque ad n. 49. enumerantur quatuor casus, quibus debitor non potens solvere omnibus licite solvit uni, vel pluribus integrum debitum ante alios, etiam priores creditores.*

22. **R**estitutionis ordo duplex statui potest. Unus ordo restituendi consideratur inter ipsos debitores seu personas damnificantes, quæ scilicet cooperando damnum aliquod intulerunt: quoniam ordine in solidum, vel pro rata restituere teneantur, hoc explicatum habes *c. preced. Sect. 1.* Alter ordo restituendi consideratur inter ipsa debita diversa, vel personas plures, quibus aliquid debetur, & unicuique restituendum est; quisnam modus servandus, seu quænam debita restitui, aliis præferri, & prius restitui debeant. Et quidem, si debitor habeat sufficientia bona, quibus omnibus creditoribus solvendo sit, nulla habenda est ratio ordinis, cuiam prius, vel posterius solvatur, dummodo enim solvatur cuivis, seu prima, seu ultima vice, justitiæ satis fit, & nulli fit injuria. Quando verò debitor non habet sufficientia bona, nec est solvendo omnibus, ut necessario aliqui debito suo in toto, vel in parte carere debeant, tunc certum est justitiam, & æquitatem postulare, ut inter debita & creditores aliquis ordo servetur; alioquin enim necessario aliis fiet injuria. Res maximè est juridica, & intricatissima; sistendo intra terminos Theologiæ Moralis sit breviss, & clara.

ASSER.

ASSERTIO II.

Ordine restitutionis, cum debitor non est sol- 23
vendo omnibus, preferenda sunt debita certa
incertis; realia personalibus; inter personalia hy-
pobecata vel privilegiata nudis; inter nuda, oner-
ata gratuita, maturata nondum maturatis in to-
tum. Reliqua indifferenter pro rata parte debiti
proportione geometrica. Hæc Assertio latissime
patens labyrinthum continet difficultatum: sed
conabor in communiore semper DD. Sententia clarè
& breviter procedere.

§. I.

*Debita certa preferenda incertis in
totum.*

Hoc est: Quando debitor habet multa debita, 24
quorum aliqua sunt certa, quæ scilicet pro-
priis creditoribus, vel dominis cognitis restitui pos-
sunt temporaliter; alia verò incerta, quæ scilicet
propriis dominis, eorumve hæredibus, aut ignotis,
aut alia de causa restitui non possunt temporaliter,
sed eorum locò pauperibus, vel piis usibus, is
prius restituere debet debita certa creditoribus no-
tis in totum, & postea de reliquo residuo debita in-
certa, quousque se extendunt facultates, totum,
partem, vel omninò nihil. *Communis DD. S. An-
ton. Navar. utriusque, aliisque plurimis congestis,
Vasq. opus. de restit. c. II. n. 9. Less. lib. 2. c. 15.
dub. 1. Laym. cit. c. II. n. 1. Lugo Disp. 20. Sect. 1.
n. 2.* Ratio est: quia domini, & creditores certi ex
iustitia

382 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. III.*
justitia commutativa propriè dictum jus habent ad
debita sua exigenda: domini autem & creditores in-
certi, ut tales, non possunt habere jus ad debita sua
exigenda, ut sibi solvantur, ut nimirum eo statu est
impossibile. Et licet eis competat jus exigendi, ut
suo loco sibi debita restituantur, pauperibus, vel
piis usibus pro salute sua, non possunt tamen præsu-
mi, ordinariè saltem, id velle in præjudicium credi-
torum certorum, nisi in casu ex circumstantiis col-
ligi possit, eos omninò velle potius debita sua in-
certa in pauperes, consanguineos, vel pios usus ero-
gari, quàm aliis creditoribus solvi: qua ratione con-
trarium docuit Molina *disp. 760.* Et notat Lugo
cit. n. 5. Ipsi denique pauperes, Ecclesiæ, vel pia lo-
ca nullum ex se habent jus exigendi illa debita, nisi
remotum, & valdè imperfectum, quatenus scilicet
debitor rei incertæ, vel ex præsumpta domini vo-
luntate, vel ex jure Ecclesiastico tenetur eis elargiri
sua debita incerta: ergò debita certa præferenda
sunt incertis.

25 *Excipe per omnem modum:* nisi res aliena in
specie extet apud iniquum possessorem: hæc enim
si vero domino restitui non possit, potius pauperi-
bus, vel Ecclesiæ tribuenda erit, quàm ut ex tali re
aliis certis creditoribus satisfiat. *Ratio est:* quia
creditoribus certis debitor obligatus est tantum ex
propriis bonis solvere, non ex alienis: res autem
certa in specie apud iniquum possessorem detenta,
verè est aliena, non enim facta est ipsius, sed
mansit sui veri domini, quamvis ignoretur; ergo
&c.

§. II.

Debita realia preferenda sunt personalibus in totum.

Similiter quando debitor habet multa debita, aliqua realia determinata in specie & individuo, cum scilicet ipsa res aliena in individuo apud debitorem existit, cujus proinde dominium apud creditorem, seu dominium remansit, ut est res habita ex contractu non conferente dominium, ut pignore, deposito, commodato, locato &c. Item res inventa, bona fide accepta, acquisita per furtum, vel ex alio delicto formali, vel materiali: ea certis, ac propriis dominis integra restituenda est, priusquam reliquis debitis personalibus satisfiat, esto omnino nihil super esset, quo aliis creditoribus satisfiat. Communis apud *Molinam*, aliisque cit. omnes. Ratio clara est: cum enim dominium illarum rerum manserit apud creditorem, seu dominum, illi soli restituenda erit, nec absque ejus injuria aliis creditoribus dari, vel inde satisfieri potest: nam alii creditores nullum omnino habent jus, ut eis ex rebus alienis, sed solum ex rebus illius debitoris satisfiat.

26

Hinc specialiter, si res er. pta, v. g. equus, domus, ager &c. adhuc apud emptorem existat, nondum persoluto pretio, creditori, seu venditori ante omnes alios restituenda sunt: idque secundum omnes, quando venditio facta est simpliciter per traditionem equi, & nudam, seu non assecuratam promissionem pretii; quia tunc dominium rei ven-

27

pitæ

II. De-

384 *Traët. IV. Pralim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. IV.*
ditæ non transivit in emptorem, sed apud vendito-
rem remansit, quousque pretium solvatur. Secus
est, quando venditio facta est per traditionem rei,
& pretii promissi assecurationem, per pignus, vel
hypothecam, vel fidejussionem alterius: tunc
enim dominium rei venditæ plenè transivit in em-
ptorem, & debitum pretii fit merè personale aliud-
28 dè sufficienter assecuratum.

At: quid si venditio facta fuit per traditionem
rei, & pretii, non quidem assecurationem, per pi-
gnus & fidejussionem, sed per fideihabitationem
creditoris ipsius, utpote qui pretium pro soluto ha-
buit, vel emptoris fidem secutus est, ubi etiam domi-
nium rei venditæ ad emptorem transiit? Etiam
tunc nondum persoluto pretio, adhuc debitum
præferendum esse aliis debitis personalibus, docet
communior DD. *Cajetan. Sylv. Navar. Rebell. Bo-
nacina*, alii cum *Lessio, lib. 2. c. 15. dub. 2.* Eo
quòd creditor fidem habens pretio promisso, vi-
deatur habere tacitam hypothecam in re vendita,
quousque pretium solvatur: ideòque in re ipsa re-
stituenda, vel ejus pretio solvendo, aliis credito-
ribus præferri debeat. Verùm, quia illa tacita
hypotheca nullo jure ostendi potest, ideo æquè pro-
babilis est opposita Sententia, negans tale debitum
præferendum esse aliis personalibus debitis. Ita
cum aliis *Molina disp. 536. Vasq. c. 1. de restitut.*
dub. 1. num. 19. Laym. cit. c. 11. num. 2. Lugo
disp. 20. Sect. 2.

§ III.

Inter personalia debita hypothecata preferenda nudis in totum.

Inter debita personalia, & indeterminata in aliquo genere, ut maximè pecunia, vinum &c. ex mutuo, vel vendito, aliqua sunt hypothecata, aut hypothecâ expressâ, quando debitor in fidem solutionis expressè obligat rem, vel res suas, aut pignus dat: aut hypothecâ tacitâ, quando absque expressione debitoris, tamen ex dispositione juris, res debitorie intelligitur obligata creditori in securitatem solutionis: sic uxor habet tacitam hypothecam in bonis mariti in securitatem dotis: pupillus habet tacitam hypothecam in bonis Tutoris: Ecclesia, Hospitale &c. similem tacitam hypothecam habet in bonis Curatoris &c. Et utraque hypotheca aut est generalis; qua omnia bona debitoris præsentia & futura obligantur; aut est specialis, qua solum res aliqua debitoris determinata, hæc domus, hic fundus &c. obligatur. In his, quantum est ex natura rei talis est ordo.

29

Inter debitores hypothecarios, habentes hypothecam expressam, præferuntur habentibus tacitam tantum; similiter habentes generalem, habentibus specialem tantum. Inter plures aut similem habentes hypothecam, aut expressam, aut tacitam, aut generalem, aut specialem, ille præferendus est, qui antiquius habet debitum: hic enim maximè valet regula juris 54, in 6. *Qui prior tempore, prior jure.* Et ratio posterior non potest tollere jus alteri jam

30

prius acquisitum. Excipiuntur tamen varii casus in Jure: qui quia sunt meri juris positivi, ac juris externi, & pro diversitate locorum variantur, partim videri possunt apud *Authores cit.* passim; partim potius interrogandi sunt in casu fortè occurrente ex Juris Consultis, & Officialibus locorum.

31 II. Omnia debita hypothecata ipso jure naturæ præferuntur omnibus aliis debitis nudis, vel chyrographiis tantum, non hypothecatis. Ratio evidens est: quia creditores hypothecarii non solum debitorem, seu personam ipsam, sed etiam rem ipsius obligatam habent: alii autem creditores non hypothecarii, sed chyrographarii solum ipsam personam debitoris obligatam habent, quamvis talis obligatio chyrographo proprio, instrumento publico, testimonio, vel debitoris confessione probetur. *L. Eos, C. qui potiores in pignore.*

32 III. Post debita hypothecata in foro externo etiam præferuntur aliis debita solemnizata, seu publico instrumento coram judice, notario, & testibus facta, sed hæc nihil ad nos.

33 IV. Tandem debita alia privilegiata, quæ omnibus aliis debitis personalibus etiam hypothecatis præferuntur.

§. IV.

Item debita privilegiata præferenda nudis sunt in totum.

34 **R**ursus inter debita personalia debita sunt aliqua privilegiata, seu speciali juris privilegio omnibus aliis personalibus debitis præferenda. Utpote.
I. Ex

Seç. II. Quo ordine restitendum? 387

I. Ex bonis defuncti ante omnia alia debita quomodolibet hypothecata solvendæ sunt expensæ funeris. *L. Penultima. ff. de religiosis, & scriptis funerum.* 35

II. Expensæ necessariæ ad confectionem inventarii, & ad apertionem testamenti, item Medicorum solaria vel honoraria, & pharmacorum pretia. Communis DD. ex *L. ultima, §. in computatione. C. de jure deliberandi.* Rationem mox dabo. 36

III. Plerisque locis, maximè in nostris partibus, servitorum, & operariorum ad necessarium usum conductorum mercedes, reliquis omnibus debitis secundum æquitatis rationem præferuntur. Vide *Valq. de restit. c. 11. dub. 3. num. 83.* 37

IV. Tandem sequuntur, & aliis in totum præferuntur debita legitima Superiorum. *Ratio omnium horum est: quia ejusmodi debita aded necessaria non censentur contracta in fraudem antecedentium creditorum.* Et alioquin nemo reperietur, qui indigentibus tali obsequio ministrare, vel id præstare vellet, si de solutione jure prælationis certus non esset. 38

Cæterum alii creditores à jure privilegiati sunt, et totum debitum suum postulare possint, antequam alii creditores chyrographarii tantum, non hypothecati, vel similiter privilegiati admittuntur: ut est ipsa Respublica creditrix: qui illam pecuniam deposuit ad depositarios ad Respublicas constitutos: qui ad navem instruendam, vel emendam, pecuniam credidit, aut ædificia publica &c. privilegium prælationis habet, quæ ex juribus allegatis 39

videri possunt apud Laym. *cit. n. 6.* strictè. Multis locis privilegium prælationis habent etiam Hospitalia, Ecclesiæ, & similia loca pia in suis debitis, prout etiam hîc Passavii statutum est.

§. V.

Inter nuda debita, præferenda onerosa gratuitis in totum.

40 **N**imirum inter debita personalia indeterminata nuda, & simplicia, scilicet nec hypothecata, nec privilegiata, ea quæ sunt ex contractu oneroso, ut emptione, mutuo, locato, censu &c. item ex delicto, ut furto, usura &c. præferuntur in totum iis, quæ sunt ex contractu gratuito tantum, ut donatione, legato &c. *Communis DD. apud cit.* Ratio est: quia omnis contractus gratuitus, promissio, donatio, legatum, &c. alicui factus, habet annexam tacitam conditionem: *Nisi aliquod obset, quo minus res promitti, vel tradi, vel solvi possit:* atqui, quando supervenit inopia debitoris gratuiti, ita ut non sit omnibus solvendo, jam aliquid obstat, quo minus donatario, vel legatario res gratuito promissa solvi, vel tradi possit, nimirum obstant alia debita ex contractu oneroso, vel delicto, quorum omninò strictior est obligatio: creditores enim ex contractu oneroso, vel delicto, habent jus ad rem sibi debitam, tanquam aliundè suam, utpotè quæ vel antè erat sua, & ablata est, pretio non soluto, vel pro qua jam pretium solverunt: ideòque suo debito privari non possunt absque positivò suo damno: creditores verò, vel promissarii gratuiti non ha-

bent jus ad rem contractu gratuito promissam, tanquam aliunde suam vel sibi debitam, sed ex mera gratuita, & libera voluntate promittentis, donantis, vel legantis, ideoque tali debito absque omni suo positivo damno privari possunt: ergo debita ex contractu oneroso, vel delicto naturali jure & æquitate in totum præferenda sunt debitis ex contractu gratuito tantum.

Sed nunquid etiam inter debita ex contractu oneroso, & ex delicto, ordo servandus erit? D. Thomas *opus*. 37. c. 18. vult prius solvenda esse debita ex delicto. Navar. autem c. 17. n. 53. contendit prius debita ex contractu esse solvenda. Communis jam sententia negat, ordinem servandum esse inter ea debita, sed indiscriminatim solvendum esse pro rata ratione facultatis. Ita Sylv. Angelus, Pet. Navar. Laym. Luga II. *sape cit.* Et ratio est: quia neque jura exprimunt, neque ratio aliqua convincit inter creditores ex contractu & delicto ordinem aliquem prærogativæ, vel prælationis locum esse: cum utriusque generis debita æqualiter sint ex injuria. Quod autem creditor ex delicto censeatur magis esse invitus sibi debitum suum, seu rem involuntarie ablatam non reddi, quam debitor ex contractu, qui voluntarie rem suam alienavit, potest quidem augere obligationem restituendi intensive, ita, ut magis peccet non restituens debitum ex delicto, quam non restituens debitum ex contractu; non tamen potest augere obligationem restituendi extensive, ita, ut plus, vel potius, ante alium, & in præjudicium alterius creditoris ex contractu debeat

restituere debita ex delicto: justitia enim in quantitate restituendi non respicit alterius, scilicet creditoris animum, magisne, an minus invitus sit, sed solum respicit alterius jus, & quantum ipsi debeatur: utrivis autem creditori debetur res sua simpliciter, sive ex contractu, sive ex delicto debeatur.

42 §. Tandem inter debita nuda ex contractu nimis clarum est, maturata, quorum scilicet solvendi terminus jam elapsus est, in totum præferenda, & prius solvenda esse, quam debita maturanda, quorum terminus nondum impletus est.

§. VI.

Reliqua indifferenter pro rata parte facultatis, & debitorum proportione geometrica.

43 **D**ebita personalia ejusdem rationis nuda, scilicet licet nec hypothecata, nec privilegiata, nec ratione contractus onerosi vel gratuiti diversa, solvenda sunt pro parte rata secundum proportionem debitorum, & facultatum debitoris, quousque nimirum se facultates extendunt, dividendo in partes majores & minores proportionaliter respondentes debitis ipsis majoribus & minoribus; idque indifferenter, nulla habita ratione, utrum tempore priora, vel posteriora sint, prius vel posterius perantur: adeo, ut si debitor, qui omnibus se solvendo impari rem novit, uni creditori præ aliis in totum solvat nulla suadente necessitate, in fraudem aliorum agere, & injuriam iis inferre censeatur. Ita communis DD. S. Antonin. Sylv. Angel. Reginald. Nav. veterique, aliis citatis Molina tom. 2. disp. 536. §. quando credi-

credit
6. 11.
tracta
Thom
aliisqu
noltra
debito
person
diatè,
quod t
bet ma
parten
thecâ
bus ac
portio
Ne
nam R
prior j
bent ju
obliga
sus pra
rei abs
præfer
mus ce
gare:
Et ma
prior c
thecan
rem de
merito
imò p

creditors. Less. cit. c. 5. dub. 6. n. 44. Laym. cit. 6. 11. n. 6. Etsi contra sentiant, & debita prius contracta, & petita præferenda censeant graves DD. S. Thom. Medina, Gabr. Tolet. Sa. Valentia, Suarez, aliisque cit. Lugo cit. disp. 20. sect. 7. §. 2. Ratio nostræ communis sententiæ est: quia creditores debitorum merè personalium habent æquale jus in personam debitoris immediatè, & in ejus bona mediatè, & indeterminatè tantùm: neque enim ex eo, quòd unus creditor alio prior, vel posterior sit, habet majus, vel minus jus indebitoris bona, vel certâ partem bonorum ipsi priorum, & nullâ hypothecâ obligatorum: ergò creditoribus personalibus æqualiter satisfaciendum est pro rata parte, proportionè debitorum & facultatum.

Neque urget fundamentum oppositæ Sententiæ: 44
nam Regula illa allegata juris. *Qui prior tempore, prior jure*, solum locum habet inter illos, qui habent jus ad eandem rem determinatam sibi ex pacto obligatam: ut in sponsalibus repetitis, prior sponsus præfertur posteriori: & in venditione ejusdem rei absque traditione pluribus facta, prior emptor præfertur posteriori: In locatione domûs v.g. primus conductor, posterioribus; unde est illud vulgare: *Qui prior venit ad molendinum, prius molit.* Et magis ad propositum in debitis hypothecatis prior creditor præfertur posteriori similem hypothecam habenti, quia singuli habent jus ad eandem rem determinatam sibi in specie obligatam; unde meritò jus prioris præferri debet juri posterioris; imò posterior in æquali causa non potuit præjudi-

care juri prioris jam antea acquisito. At verò in debitis merè personalibus, quæ solùm personam debitoris immediatè obligatam habent, & mediatè, & indeterminatè tantùm in ejus bona, creditores nullum acquisiverunt jus in ejus bona vel partem bonorum determinatè, sed solùm quilibet indifferenter jus habet ad petendum suum debitum, ideo omnibus satisfaciendum erit æqualiter, vel in totum, si facultates debitoris sufficiant, vel pro rata parte secundùm proportionem debitorum: neque enim jus prioris creditoris præjudicare potuit juri posterioris ad exigendum suum debitum. Accedit jam communis praxis, saltem in Germania nostra, in solutione ejusmodi debitorum personalium, & indeterminatorum. Interim tamen, non tantùm creditor quivis semper jure accipere potest, quòd ipsi à tali creditore ultrò offertur quacunque de causa, nec tenebitur postea aliis creditoribus debito suo in toto, vel in parte defraudatis aliquid restituere, nisi ipsimet debitorem prævisa impotentia omnibus satisfaciendi, ad solvendum sibi totum præ aliis vi, vel fraude induxisset, uti cum aliis optimè notat Laym. c. n. 6. Verùm etiam plures casus sunt, quibus debitor non potens solvere omnibus, licitè poterit solvere uni, vel pluribus integrum debitum ante alios, etiam priores creditores absque eò, quòd censeatur solvere in fraudem creditorum aliorum. Enarro breviter.

45 *Primus est*: Si unus creditorum debitum suum exigat, aliis (etiam magis privilegiatis) tacentibus: quia creditor vigilando, & exigendo, meliorem suam

suam conditionem fecit. Jus enim Civile vigilan-
tibus scriptum est, ideoq; non revocatur ab eo, quod
ante alios creditores accepit. *L. Pupillus. ff. Qua in
fraudem creditorum.* Excipitur: Dummodo alii
creditores hypothecam meliorem non habent. Vi-
de *estatos.*

Secundus: Si unus creditorum personalium lon- 46
ge alii pauperior, & in gravi necessitate constitu-
tus sit, poterit lege Charitatis permittente in foro
conscientiæ, huic totum debitum solvi præ aliis, se-
clusa alia ordinatione Judicis, uti probabilissimè
docent D. Thomas *opusc. 73. c. 8. Sylv. Sa.* aliisque
cit. Laym. *cit. n. 7.* contra Lessium *dub. 7. n. 6.*
& alios oppositum docentes: & verè quidem, quan-
do pauperior creditor esset non in gravi, sed com-
muni tantum necessitate: talis enim pauper neque
jure naturali Charitatis, neque ullo jure positivo
habet jus prælationis; ideoque alii creditores essent
rationabiliter invitæ, ipsi in eorum damnum, &
præjudicium ante se totum solvi.

Tertius: Si debitis gravatus ante alios creditores 47
solvat aliquid, unde ejus facultates diminutæ non
sunt, ut si pro ædibus emptis justum pretium solvat.
Si famulis vel operariis mercedem pactam solvat,
qui tantundem commodi in bonis debitoris adfe-
runt: inde enim aliis creditoribus nullum damnum
infertur, ut ex Navar. *c. 16. n. 270.* & aliis notat
benè Laym. *cit. c. 11. n. 8.* Quia etiam famuli, vel
operarii, qui bona fide operas suas conduxerunt, etsi
advertant, dominos ex eo famulatu impotentes
reddi ad restitutionem aliorum debitorum, debitam

394 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. II.*
sibi mercedem petere licitè possunt, *secundum omnes.* Neque tenentur ob id à famulatu discedere, ut contra aliquos docet Molina *tom. 2. disp. 30. §. Juxta hæc,* & alii. Neque enim tales famuli contra justitiam peccant, si à dominis rogati in servitio perseverantes justam mercedem accipiant; sed neque contra Charitatem, si res ita comparata sit, ut licèt ipsi famulatum non præstent; alii tamen non defuturi sint, qui operam suam conduci patiantur.

48 *Quartus:* Si debitis gravatus aliquid expendat ad ea, quæ necessaria sunt ad vitam, famam, statum, justè acquisitum conservandum, nullam injuriam creditoribus infert. Sic enim ex suis bonis comparare non prohibetur vestes, pharmaca, cibos, aliâque ad sui, uxoris, liberorum, & necessariæ familiæ sustentationem, equos, item & famulos ad statûs conservationem necessarios, *juxta communem DD.* Cæterùm quæ debitis gravatus & solvere impotens, uxori ac liberis contulit ad necessariam sustentationem, studia litterarum &c. siquidem liberi, vel uxores propria bona non habeant, nihil postea tenebuntur restituere creditoribus debito suo fraudatis, uti ex communi notat Sanch. *lib. 9. de Matr. disp. 4. n. 29.* nam paterfamilias ex justitia obligatus est liberos, & uxorem alere, necessaria impendere: ergo liberi, & uxor hoc suum debitum accipere possunt ex ejus bonis, nullo reali vinculo obstrictis, absque præjudicio aliorum creditorum, etsi postea non integrè solvendorum. Quòd si verò uxor, & liberi gratuitas donationes, aliòsve

aliósve sic superfluos, aut non debitos sumptus acceperunt, omninò restituere debebunt creditoribus, alioquin debito suo fraudandis, si intra legitimum tempus exigant, de quo fortè alibi plura. A fortiori, & strictius longè restituenda erunt, quæ uxores, & liberi seu vivente, seu defuncto marito, de bonis ejus in fraudem, & damnum creditoris surripiunt, & ut ajunt, ad carceres ponunt, communi quidem, sed iniquissima praxi: nisi quandoque eos verè gravis necessitas excuset.

SECTIO. III.

Causa excusantes à restitutione, ut vel differri, vel omninò omitti possit.

SUMMARIUM.

50. Usque ad n. 53. assignantur tres regulae universales pro differenda, vel omninò omittenda restitutione.
53. *Causa excusantes à restitutione, ut, quamdiu durant, licite differri possit generaliter sunt quatuor: nimirum.*
 54. I. Ignorantia inculpabilis.
 55. II. Impotentia.
 56. III. Necessitas propria. &
 57. IV. Damnum ipsi creditori, vel tertio, aut Communitati ex restitutione secuturum.
58. Necessitas propria excusat, quoties restitutio fieri non potest absque damno, vel periculo salutis.
59. Unde non est obligatio statim restituendi cum damno spiritali animæ;
 60. Nec cum damno vitæ vel incolumitatis corporalis;
 61. Nec cum jactura fame, vel libertatis.
 62. Nec cum jactura famæ, vel libertatis.
 63. Quando verò quis sine periculo infamiae restituere potest, saltem per Confessarium, vel aliam personam tertiam tenetur.

64. Item

64. *Item II. necessitas propria excusat etiam ad differendam restitutionem, quando ea fieri non potest absque mutatione status honesti justè acquisiti. (suum.*
65. *Quando nimirum quis deberet totaliter mutare statum*
66. *Justè & honestè acquisitum: secus, si quis statum suum injustè & g. fraude, dolo, usuris furtis, rapinis, bello injusto, &c. comparasset:*
67. *Talis enim tenetur restituere totum, quantum citra extremam necessitatem carere potest, nisi periculum infamiae excuset*
68. *Quæ omnia extendenda sunt etiam ad heredem mala fidei.*
69. *Denique III. necessitas propria etiam excusat ad differendam restitutionem, quando ea fieri non potest absque damno gravi in bonis temporalibus,*
70. *Quoties & quamdiu scit, debitor in bonis propriis deberet pati*
71. *Dammum inde maius, quam creditor.*
74. *Idque verum est in quocunque debito, sive ex contractu, sive ex delicto.*
76. *At quid, si uterque simul in extrema necessitate versetur, & debitor, si restituat, & creditor, si ei non restituatur?*
77. *Probabilius eo casu adhuc debitor non obligatur restituere.*

49 **C**AUSÆ excusantes, vel non excusantes à restitutione facienda, hæcenus sparsim toto tractatu, præsertim *c. preced. de circumstantiis*, plurimæ in particulari indicatæ sunt, si meminisse potes. Ut autem hîc in loco proprio ex professo omnes causæ excusantes, ut restitutio vel differri, vel omninò omitteri possit, ad certa capita revocari possint, regula aliqua generalis omnium directiva assignanda est: & variæ assignantur à Doctoribus.

50 *Regula prima communis est: Bonis inferioris ordinis*

dinis non sunt restituenda cum notabili damno bonorum altioris ordinis. Regula verissima est, sed non omninò universalis, ut patebit, & adhuc indiget probatione.

Alia Regula est : Nemo tenetur restituere cum suo notabili, & majori detrimento, quàm sit creditoris commodum ex restitutione facta. Alii sic universaliùs extendunt : quando debitor vel omninò non habet, unde solvat, vel restituat, vel restituere non potest, nisi cum notabiliter graviori damno sibi, vel suis, vel Reipublicæ inferendo, restitutio differri, vel, nisi impotentia cesset, omninò omitti potest. Neque hæc regula, licet verissima, omninò universalis est, ut patebit : & adhuc sua probatione indiget.

Regula ergo universalissima per se nota, seu nulla probatione indigens, sed ipsas priores regulas probans, assignatur à *Scoto* mox citando communissimè recepta. Quotiescunque dominus, seu creditor rationabiliter contentus esse debet, quòd restitutio differatur, vel omittatur, poterit etiam differri, vel omitti, licet ille reipsa invitus sit. *Scotus* 4. disp. 15. q. 2. a. 4. §. de quinto. n. 33. sic habet : *Illi casus* (scilicet excusantes à restitutione statim facienda) continentur sub hac maxima : *Licet detinere rem alienam, quando ille, cujus est, debet rationabiliter velle eam detineri. Sed in quibusdam casibus hoc debet velle aliquis, etiam rationabiliter, scilicet et rem suam detineri ab alio defacto, posita jam restituendi voluntate cum circumstantiis opportunis ; ergo &c. Dabet enim velle quis*

libet

51

52

libet sibi restitutionem non fieri tunc, quando est in præjudicium communitatis, vel ipsius recipientis restitutionem: quia debet velle bonum suum, bonum commune, & ita dilationem aliqualem illius restitutionis boni utilis, ut servetur majus bonum. Debet etiam velle non fieri restitutionem tunc, quando esset in diffamationem restituentis, quia debet magis velle famam proximi, quam illud modicum commodum suum statim &c. Hæc Scotus. Quam regulam Scoti ait Pet. Navar. apud Laym. cit. c. 12. ut clavem, vel maximam in hac materia sibi statuunt Sylv. Gabr. Medina, & ceteri DD. Et nos igitur super eam statuamus duas Assertiones hæc, & sequenti Sectione, univèrsas causas à restitutione excusantes, 1. ut differri, 2. ut omitti possit, complectentes.

ASSERTIO III.

53 **C**Ausæ excusantes à restitutione, ut, quamdiu durant, licitè differri possit, generaliter sunt hæc quatuor. *Ignorantia, impotensia, necessitas propria: damnum creditori ipsi, vel tertio, aut Reipublicæ secuturum ex restitutione.* Excusat autem necessitas propria ad differendam restitutionem, quoties restitutio nunc fieri non potest, 1. absque damno, vel periculo salutis animæ, vitæ, vel sanitatis corporalis, famæ, vel libertatis. 2. Absque mutatione statûs honesti, & justè acquisiti. 3. Absque damno in bonis temporalibus propriis gravi, & majori, quàm sit damnum domini, vel creditoris ex dilata restitutione: idque in quocun- que

que debito sive ex contractu, sive ex delicto materiali, vel formali: quamvis debitor ex delicto adhuc ad interesse obligetur, non item debitor ex re accepta, vel ex contractu tantum. *Est tota in re communis*, ut patebit explicando, vel probando singulari.

S. 1.

Causa excusantes ad restitutionem differendam generaliter sunt hæc quatuor.

I. *Ignorantia*. Nimirum probabilis, & inculpabilis 54

lis cum bona fide conjuncta, eaque aut facti, ut si ignores, quod res sit aliena, quod hanc rem sibi donans, vel vendens eam furatus sit; aut juris, ut si ignores, quod creditore defuncto debitum adhuc restituendum sit hæredibus, aut res inventa sit restituenda suo domino cognito &c. de hac causa satis late actum est c. 2. sect. 3. *de restit. ex delicto materiali, ex re accepta à possessore bona fidei facienda*; ubi etiam de incipiente dubitare: quæ recole.

II. *Impotentia*: Quando scilicet aliquis omnino 55
protunc non habet, unde solvat, vel restituat quodcumque debitum sive ex delicto, sive ex contractu: nam impossibilium nulla est obligatio. Et, ad impossibile nemo tenetur: dummodo semper adsit, & maneat voluntas restituendi imposterum, cum facultas, seu melior fortuna supervenerit. Hæc causa nullam habet difficultatem.

III. *Necessitas propria*: cum quis scilicet, etsi 56
habeat, unde restituat, restituere tamen non potest

test, nisi cum animæ, corporis, famæ, vel libertatis, statûs justè acquisiti, aut bonorum temporalium jactura, vel damno graviori, quàm sit commodum ex restitutione proventurum domino, vel creditori. Hæc causa latissimè patens mox distinctis §§. prosequenda est.

57 *Quarta*: Damnum ex restitutione proventurum aut ipsi creditori, aut alicui tertio, aut toti Communitati. Hæc causa satis explicata est *c. preced. sect. 2. §. 1. & 3. cui restituendum*. Vides jam omnium harum causarum unam causam esse generalem illam regulam *Scori*, quia scilicet ejusmodi causis subsistentibus, creditor non potest, vel non debet esse invitus rationabiliter rem suam ab alio detineri, vel sibi non restitui, quamdiu nimirum illæ causæ subsistunt. Excusant ergò hæc causæ ad differentiam restitutionem, quamdiu durant, & subsistunt, interim quasi sopitâ, vel dormiente obligatione restituendi. At verò postquam cessant istæ causæ, denudò evigilat, & reviviscit obligatio, præceptumque restitutionis. Si in aliquo casu non cessarent, excusabunt omninò, ut restitutio etiam omittenda foret. Cæteris ergo jam aliundè patentibus, tertia causa necessitatis propriæ modò prosequenda est.

§. II.

Excusat necessitas propria, quoties restitutio fieri non potest.

58 **A**bsque damno, vel periculo salutis &c. Certum apud omnes: Ratio jam indicata est Quia, Tu

Quia nullus sanæ mentis potest rationabiliter velle sibi bona sua inferioris ordinis statim restitui cum notabili detrimento bonorum superioris ordinis debitoris; hoc enim directè repugnat ordini Charitatis: quin potius rationabilissimè velle debet, eò usque ab altero detineri rem suam, undecunque debitam, donec sibi absque detrimento bonorum altioris ordinis restitui possit: atqui bona animæ, corporis, famæ, vel libertatis, omnia sunt altioris ordinis, quàm bona fortunæ temporalis, vel externæ proximo ex contractu, vel delicto restituenda: ergò sicut ex ordine, & lege naturali Charitatis, nemo tenetur cum proprio damno bonorum animæ curare proximi bona corporis, aut cum damno proprio bonorum corporis procurare proximi bona famæ, vel fortunæ: ita etiam ex ordine, & lege naturali Charitatis nemo tenetur restituere proximo bona fortunæ debita cum proprio damno bonorum animæ famæ, vel libertatis, sed quousque periculum ejusmodi gravioris damni perseverat, justè, & rationabiliter restitutio differri poterit, vel etiam debet. Itaque in particulari.

I. Non est obligatio statim restituendi cum damno spiritali, vel periculo salutis animæ; ut si debitor, ablatis omnibus per restitutionem esset lapsurus in desperationem, aut sustentationem medicis illicitis quæsiturus; uxor, & filia præ inopia se sint prostituturæ, filii latrones futuri &c. Quia longè major est obligatio consulendi salutis animæ, & suorum quippe sine altioris boni comparatione, quàm servandi propriam, vel alterius vitam

402 *Traet. IV. Pralim. ad Precepta 2. Tab. Cap. II.*
corporalem, quam statim restituendi sua bona, vel
debita temporalia &c.

60 At, quid, si ejusmodi damnum, vel periculum
spirituale semper perseveraret? *R.* Casum fore ra-
rissimum: quo tamen posito, omninò posse omitti
restitutionem, probabiliter docet cum *Rebello Tam-
burinus lib. 8. tr. 4. c. I. §. 9. n. 3.* Dummodò dili-
genter adhibeantur remedia, ne illa mala perseve-
rent, & restituatur saltem pars, quæ sine magno in-
commodo ejusmodi restitui potest, & creditori in-
de grave damnum non emergat: his enim positis
curret omninò, & urgebit regula nostra generalis.

61 II. Neque est obligatio statim restituendi cum
damno vitæ, vel incolumitatis corporalis, idque
non tantum in necessitate extrema, ut si debitor ta-
cta restitutione fame periturus sit, aut defectu medi-
cinæ comparandæ morbo absumendus &c. sed eti-
am in necessitate gravi, utpote si vitam miserè to-
leraturus, statu suo justè acquisito excisurus, de quo
mox iterum. Omnes cum *D. Thoma, Scoto, alii-
que cit.* Ratio est: quia etiam hic maximè habet
locum regula nostra generalis: cum enim creditor
ipsi debitori in extrema necessitate constituto ex le-
ge Charitatis sub mortali subvenire teneatur, multò
magis rationabiliter contentus esse debet, & invitus
esse non potest, si debitor ad extremam, vel gravem
suam necessitatem sublevandam restitutionem dif-
ferat, servata semper voluntate restituendi deinceps,
cum necessitas cessaverit.

62 III. Neque facienda est statim restitutio cum ja-
ctura famæ, vel libertatis, ut si debitor restituere ne-
queat,

queat, nisi se ipsum vendendo pretium comparet, si restituendo veniat in suspicionem occulti criminis, indeque diffamandus, aut fortè etiam capiendus, Judici tradendus, plectendus esset. *Ratio clara* ex dictis: quia etiam fama, & libertas sunt bona altioris ordinis, quàm bonum fortunæ alteri debitum, consequenter alter non potest rationabiliter velle, ut cum periculo, & jactura famæ & libertatis restitutio sibi fiat, & non differatur, quousque tale periculum cesserit. Quòd si tale periculum nunquam possit cessare (ut fere fit, quando adultera spurium genuit in damnum mariti, & legitimorum liberorum, de quo alibi) cessare etiam debet obligatio. *Hic tamen advertendum.*

IV. Quando aliquis quidem per se ipsum non potest restituere sine certo periculo infamiæ, potest tamen reddere per Confessarium, vel aliam personam tertiam idoneam juxta supra dicta: aut licet sine periculo infamiæ non possit reddere ipsam rem sine infamia ablatam, potest tamen reddere ejus valorem, vel pretium, omninò tenetur facere, quod potest, & quomodo potest, tunc enim cessat ratio diutius differendi restitutionem. *Deinde* damnum infamiæ debet esse notabile ad hoc, ut à restitutione facienda excusare possit: est autem verè notabile, quando debitor verè est in possessione bonæ famæ suæ: quòd si enim quis jam antea non fuit integræ famæ, sed jam infamis de furtis v. g. & rem alienam occultam non potest restituere sine manifestatione novi sui furti, tenebitur restituere, non obstante illo aliquali augmento infamiæ suæ, id enim

404 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. IV.*
enim censetur non esse damnum notabile homini
jam antea infami. Addunt non improbabiler *So-*
rens, Adrianus, Valentia, eosque secutus *Tannerus*
disp. 4. de justitia q. 6. dub. 15. n. 434. & alii: fa-
mam etiam integram alicujus vilis hominis adeo
posse esse parvi momenti, ut non obstante jactura
ejus, adhuc restituenda sit ingens aliqua summa ab-
lata, quamvis enim fama sit altioris ordinis, quam
bonum temporale ex genere suo, in particularibus
tamen circumstantiis plus potest valere ingens bo-
num temporale, sicut aurum ex genere suo plus va-
let, quam argentum; ingens tamen summa argenti
plus valet, quam parva quantitas auri. Verum id
probabilius negant alii, universaliter docentes, non
quam esse obligationem restituendi bonum tempo-
rale cum læsione famæ integræ.

§. III.

*Absque mutatione status honesti, & justè
acquisiti.*

64 **N**ecessitas nimirum propria, etiam excusat ad
differendam restitutionem, quoties, & quam-
diu aliquis ad hoc, ut possit restituere, deberet to-
taliter mutare statum suum justum, & honestum.
Communis D.D. apud citr. Ratio patet ex dictis; is
enim, qui deberet statum suum mutare, verè est in
gravi necessitate, qua proinde durante, creditor non
potest rationabiliter velle sibi debitum solvi, cum
tantâ proximi jacturâ. Deinde, talis mutatio status
vix unquam potest fieri sine infamia, vel dedecore
gravi debitoris, filiorum, ac familiæ; sed infamiam
perit

periculum excusat ad differendam saltem restitutionem; ergo &c. Sed notanter per omnem modum dictum est.

I. *Si deberet totaliter mutare statum suum; Ut* 65
si homo nobilis, dimisso omni famulicio, divendita omni supellectili, domo, equis &c. deberet aliis servire, artem mechanicam, aliudve officium statui suo indecorum exercere; si artifex vendita supellectili, vel instrumentis mechanicis deberet servire, aut mendicare &c. Sic enim ad restitutionem statim faciendam, nemo tenetur mutare statum suum, neque ad id à Confessario obligari potest. Secus est: si solum deberet diminuire statum suum, v. g. remittere de splendore apparatus, conviviorum, famulorum, equorum, ludorum &c. quæ non ad statum simpliciter, sed solum ad splendorem, & pompam status necessaria sunt. Sic enim debitor omnium consensu tenetur diminuire statum ad restitutionem faciendam: quia ab illa solum excusat vera necessitas; at solum diminuire statum quoad pompam, & splendorem non est necessitas, sed modestia potius. Unde sane in pessimo statu versantur, & à Confessario graviter reprehendendi sunt, qui debitis obstricti, nihil tamen de status splendore & luxu remittunt, & ut aiunt, alios, quomodo solvantur, curare solum; & quod pejus est, vix aliquando de hoc in confessione se accusant; reverà enim in tali statu perseverare volentes absolvi non possunt, cum hoc ipso alienum injustè detineant, quod restituere adeò non curant; & insuper obligationem contrahant se interesse, juxta dicta superius.

66

I. Dicitur est: Si debeat mutare statum suum *juste & honeste acquisitum*: utpotè hæreditate, industria, labore, officio, ut si Dux belli iniquas rapinas possideat, si propriis dominis restituat, officio, vel militiâ cedere cogetur, non sine Reipublicæ detrimento, aut non sine jactura sui statûs, & dignitatis, quam militari sua industria comparavit; & deniq; non sine gravi sui dedecore, uxoris liberorumque querelis, aliorum scandalo &c. Hac enim ratione utcunque excusari possunt milites nostri temporis. Secûs dicendum, quando quis statum suum ipsum injustè comparâset: ut si mercator vel alius statum nobilem, vel splendidum sibi acquisivit ex bonis injustè acquisitis, fraude, dolo, usuris, furtis, rapinis, bello injusto; talis utique tenetur restituere etiam cum jactura talis statûs injustè de alieno acquisiti; cùm hoc non sit cadere à statu suo, sed potius ad priorem sibi debitum statum redire.

67

III. Unde si quis nihil haberet, nisi aliunde injustè acquisitum, adeò ut sine injustitia nullum honestum statum habuerit, tenebitur restituere totum, quantum citra extremam necessitatem carere potest, etiam usque ad mendicitatem, nisi periculum infamiæ excuset juxta communem DD. cum Nav. c. 17. n. 158, Laym. cit. c. 12. n. 2. Colligitur ex cap. cum tu, de usuris. Ubi Alexander III. præcipit usurarios etiam sub pœna excommunicationis compellendos esse ad restitutionem, eorûmque domos, & possessiones ex usuris acquisitas debere vendi &c. Addens tamen: *dummodo in facultatibus habeant, unde vivere possint*: significans per restitutionem.

tutionem injustorum non esse ad extremam necessitatem redigendos. Unde rectè notant *Pet. Nav. cum Laym. cit.* artificem etiam non esse redigendum ad mendicitatem per restitutionem, sed artis suæ instrumenta relinquenda esse, sic enim lucrando plus poterit restituere, quàm artis suæ instrumenta valeant.

IV. Dicta extendenda sunt etiam ad hæredem 68
malæ fidei: v. g, filius usurarii, vel mercatoris iniqui mala fide cœpit possidere bona injustè acquisita à Patre, omninò tenebitur etiam cum mutatione status relicti, & iniquè acquisiti à patre, ad restituendum: quia possessio malæ fidei nihil ipsi suffragatur. Quòd si verò bona fide possidere cœpit, non tenebitur postea à statu suo bona fide accepto decidere propter restitutionem faciendam, postquam cognovit eum statum ex bonis injustis esse acquisitum à patre: quia quilibet habet jus ad conservandum statum bona fide acquisitum: expectare ergò poterit commodiorem occasionem, qua sine jactura sui status restituere possit, ut cum aliis notat *Tamb. cit. §. 9. n. 5.*

§. IV.

Absque damno in bonis temporalibus gravi.

Denique necessitas propria etiam excusat ad 69
differendam restitutionem, quoties, & quamdiu debitor in propriis bonis temporalibus deberet pati grave aliquod damnum, & majus, quàm sit damnum creditoris, vel domini ex dilata restitutio-

ne : ut si debitor solvere , vel restituere non possit magnum debitum, v. g. mille aureos, nisi domum, vel prædium vendat multò minoris, quàm valeat, v. g. dimidium infra justum pretium, aut si creditor nimium distet, & magnæ expensæ faciendæ sint in debito transmittendo, imposterùm autem commodior occasio speretur, juxta dicta superiùs. *Ruris semper est eadem* : quia creditor verante lege & ordine Charitatis non potest rationabiliter velle debitum suum statim sibi restituicũm gravi debitoris damno, & majori, quàm suo ex restitutione dilata, sed omninò in dilationem talem consentire tenetur, etsi non ex justitia, tamen ex Charitate, & æquitate naturali. Nec obstat praxis Tribunalium, qua debitor, maximè ex delicto, vel mora culpabili, cogitur restituere, non obstante quocunque ejus damno. Nam Magistratus principaliter debet semper spectare bonum comũne, & obligationem justitiæ; privatus autem homo non obligabitur principaliter spectare bonum commune, vel jus alterius, sed ordine charitatis principaliter potest spectare bonũ suum privatum, intra terminos tamen æquitatis naturalis. Ubi iterum aliqua advertenda sunt.

70 I. Dictum est : *Si debitor in propriis bonis debeat pati damnum* : Sine dubio enim non excusatur debitor à restitutione statim faciendã ob damnum, vel jacturam bonorum alienorum restituendorum: ut quia magnam summam debet restituere, aut quia ex re aliena restituta magnum sibi lucrum cessat : alioquin sequeretur, quò majus esset debitum, eò minor esset obligatio restituendi. Optima conditio pro furibus.

II. De

II. Dicitur est: *Si debeat pati damnum inde majus, quam creditor &c.* Si enim æquale sit damnum futurum creditoris ex dilatione restitutionis, ac eorum ex restitutione facta, sine dubio melior debet esse conditio creditoris, ut in simili mox iterum notabitur. 71

III. Quia in hoc casu probabilissimè Molina *disp.* 72 754. n. 3. & ex eo Laym. *cit. c. 12. n. 2. in fine* notant: quando creditor ex dilata restitutione, seu solutione, quamvis justâ patitur damnum emergens, vel lucrum cessans, ipsi omni jure compensandum fore postea à debitore. Quia iniqua esset conditio, si debitor solutionem debiti in suum commodum differre vellet, non suscipiendo in se onus refarciendi damnum ex ea dilatione creditori eventurum; neque creditor aliter in dilationem solvendi consentire tenetur, vel rationabiliter præsumi potest. Vide tamen dicta *c. preced. sect. 3. in circumstantia Quando.*

IV. Denique, sermo hæcenus semper fuit de re- 73 stitutione debitorum certorum tantum, sive ex contractu, sive ex delicto: quoad debita incerta enim loco domini, vel creditoris pauperibus, vel Ecclesiis restituenda, sine dubio multò minor necessitas, vel damnum debitoris excusat: imò quæcunque rationabilis causa excusat à differenda restitutione. Quin imò si debitor in actuali gravi necessitate existens verè pauper esset, & magis futurus facta restitutione, omninò probabile est, eam restituendi obligationem omninò consopiri: cum verè pauper ejusmodi debita incerta pauperibus eroganda eti-

410 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. IV.*
am sibi applicare possit, ut cum gravissimis Docto-
ribus dictum est *in circumstantia cui.*

§. V.

*Namque in quocunque debito, sive ex contractu,
sive ex delicto &c. Remissive.*

74 **N**ecessitas propria omnibus prædictis modis ex-
cusat ad differendam restitutionem quorum-
cunque debitorum, sive sint ex contractu, ut em-
pto, mutuo &c. modò vera sit necessitas præsens, &
damnum ex restitutione statim facienda emergens
majus, quàm debitoris ex dilata restitutione. Gran-
dis tamen differentia est inter dictos debitores quo-
ad solvendum interesse lucri cessantis, vel emergen-
tis damni: nam debitor ex delicto formali, etsi ob
prædictas causas, quamdiu durant excusetur à resti-
tutione debiti capitalis: at non excusatur à compen-
sando interesse illius temporis, cum delicto suo ori-
ginaria causa sit totius damni creditoris. Secus est
de debitis ex re accepta, vel ex contractu: ut etiam
suprà in circumstantia. *Quando indicatum est, &
latè videre potes apud Lugo disp. 18. sect. 2. & disp.*
21.

§. VI.

Summarium Dictorum.

75 **N**ecessitas propria excusat à restitutione, quan-
do debitor. 1. vel verè non habet, unde sol-
vat. vel 2. etsi habeat, tamen solvendo incidet in
necessitatem extremam: vel 3. si solvat, incidet
in necessitatem verè gravem: dummodò credi-
tor

tor ipse non sit in necessitate æquali gravi. Quando enim etiam creditor esset in æquali gravi necessitate, aut ei ex dilata restitutione æquale damnum emergeret, tunc utique melior erit conditio creditoris innocentis, & habentis strictum jus ad debitum vel rem suam exigendam, quam debitoris maxime nocentis, & non habentis strictum jus, sed solum licentiam charitatis ad debiti solutionem differendam, supposita semper conditione: *Nisi creditor æqualiter, aequè, vel magis indigeat.* Ita ex Navar. utroque, & communi Laym. *cit. c. 12. n. 2.*

76

Sed controversia gravis est: quid si simul in extrema necessitate versentur, & debitor si restituat, & creditor, si ei non restituatur debitum suum, adeoque uterque necessario petiturus sit, v. g. fame, morbo, homicidio; an eo casu adhuc teneatur restituere? Consentunt omnes, quod si debitor prius incidat in extremam necessitatem, non teneri rem tam necessariam restituere creditori, postea similem necessitatem incurrenti: quia debitor in puncto extremæ necessitatis prius acquisivit dominium rei necessariæ jure poli. Econtrà, si creditor prius incidat in extremam necessitatem, debet ei res sua statim restitui duplici jure, scilicet & jure domini ad illam rem, & jure poli ob extremam necessitatem. Quod si verò debitor & creditor simul incidant, vel incisuri sint in extremam necessitatem, nisi debitum restituatur, adhuc debitorem debere restituere, affirmant sanè gravissimi DD. præsertim antiqui cum Scoto *cit.* *Ratio Scoti est:* quia eo casu dominus rei nunquam eecidit à dominio illius rei;

412 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. IV.*
rei: ante necessitatem enim habuit rei dominium,
& in puncto necessitatis acquirit novum jus poli ad
illam rem: ergò debitor semper injustè detinet, &
restituere tenetur.

77 Sed verior est opposita Sententia communior,
maximè Recentiorum (à nobis in septimo Præcep-
to latius asserenda); negans eo calu esse obligatio-
nem restituendi. *Ratio solida est:* quia ipso facto,
quo debitor simul & creditor incidunt in extremam
necessitatem, creditor amittit jus suum privatum
dominii ad illam rem, quæ tunc omninò commu-
nis evadit, sicut fuisset ante rerum divisionem: &
uterque tam debitor, quàm creditor acquirunt sibi
omninò æquale jus poli ad eandem rem sibi extre-
mè necessariam: atqui in pari causa juris semper
melior est conditio possidentis, seu manutentis
rem: ergò debitor possidens rem alienam sibi ex-
tremè necessariam, licite retinet, nec tenetur re-
stituere. Alia autem est ratio, quando debitor,
& creditor sunt in æquali necessitate gravi tantum:
quia ob solam necessitatem gravem alterius res non
sunt communes, nec creditor amittit jus suum
privatum, & dominium in rem sibi debitam, si-
cut in necessitate extrema.

78 *Sed excipe per omnem modum:* Nisi debitor ip-
se proximum in eam extremam necessitatem per
suam malitiam conjecisset: ut si calumniâ, vel falso
testimonio alterum conjecisset in periculum mortis,
infamiæ, amissionis omnium honorum, omninò
teneberis restituere, retractando calumniam cum
periculo similis pœnæ, aut aliter satisfaciendo, non
obstan-

obstante tua æquali etiam extrema necessitate: cum
in æquali damno potior debeat esse ratio innocentis
ut ex communissima DD. videbimus in octavo
Præcepto.

SECTIO IV.

Causæ excusantes à restitutione, ut omitti possit.

SUMMARIUM.

79. Causa omninò excusantes à restitutione, ut etiam omitti
possit, generatim sunt quatuor. nimirum.
80. I. Rei in specie debite, sine omni culpa debitoris bonæ fi-
dei meritis.
81. Remissio creditoris expressa, vel tacita.
82. Usque ad n. 85. legitima remissionis tres conditiones.
83. III Compensatio facta, qua tripliciter fieri potest.
86. & 87. Dæ conditiones ad compensationem requisitæ.
89. IV Auctoritas superior, utpote.
90. Per legem præscriptionis, usucapionis &c.
91. Vel justam sententiam iudicis &c.
94. Et aliquatenus per cessionem omnium bonorum, quatenus
solvere impotens ex dispositione legis creditoribus
suis cedit omnia sua bona.
95. Quæ tamen cessio solum excusat in foro externo, non in-
terno, nisi is verè impotens sit.
96. Nec excusat ea cessio simpliciter à restituendo reliquo, sed
secundum quid tantum, quatenus se impotens
extendit, seu quamdiu durat.
97. Soritur tamen sic bonis cedens duo privilegia. 1. ut non
possit incarcerationi. 2. ut, si post quid acquirat, plus
non petatur, quam facere possit, servatis alimen-
tis necessariis.
98. Sicut etiam ante vel in ipsa cessione in foro conscientie
ea sibi reservare vel detrahere potest: Et eo defun-
cto uxor, ac filii.

99. *An & qualiter ingressus, ac Professio Religiosa liberet debitorem ab obligatione restituendi, vel solvendi debita, tres sunt Sententia.*
100. *Prima communior absolute docet, talem ingredi licite non posse, esto etiam diu expectans, ut debita solvat, ineptus fieret ad ingrediendum postea.*
101. *Alterâ absolute affirmat, talem facta cessione bonorum, quæ habet, statim intrare posse: sed*
102. *Hujus Sententiæ fundamenta facile solvuntur.*
103. *Tertia Sententiæ sic mediat: ut si debitor speret, se manendo in saeculo brevi tempore in toto, vel in parte satisfacturum, ingressum differre debeat: secus, si deberet ad longum tempus expectare: tunc enim facta cessione statim potest intrare*
104. *Si tamen talis ingressus & professus aliqua bona ad Religionem contulisset, Religio solvere tenetur ejus debita juxta vires bonorum allatorum.*
105. *Si autem tali professo afferatur hereditas, legatum, donatio &c. probabiliter non tenetur Religio ex illis satisfacere pro debitis ejus prius contractis.*
106. *Nec talis Religiosus in ordine aliquo artificio, vel labore manuum laborare tenetur ad solvenda illa sua debita.*
107. *Nec egredi ad Beneficium, vel Parochiam, esto sit spes probabilis sic satisfaciendi*

ASSERTIO IV.

79 **C**AUSÆ omnino excusantes à restitutione, ut etiam omitti licite possit, commodè revocantur ad hæc quatuor capita. 1. *Rei in specie debita sine omni culpa debitoris interitus.* 2. *Remissio creditoris.* 3. *Compensatio facta, eaque triplex, vel ipsi debitori, vel creditoris creditori, vel creditori ipsi.* 4. *Autoritas superior, ut per legem prescriptionis, per justam Sententiam Judicis, per compositionem Pontificis: Item aliquatenus per cessionem bonorum.* Et non improbabiler in certis circumstantiis

stantis per ingressum Religionis. Sumpsi totum ex communi DD, ut patebit. Ratio omnium continetur in generali nostra regula: quia ejusmodi causis subsistentibus creditor aut sponte vult, aut rationaliter non debet nolle, vel invitus esse sibi restitutionem non fieri.

§. I.

Rei in specie debita sine omni culpa debitoris interitus. Remissivè.

Prima causa excusans à restitutione est, si res in specie, vel potius philosophicè loquendo, in individuo, sine omni culpa debitoris pereat, tam in accipiendo, quam detinendo & pereundo, ideòque locum habet vel ex contractu, universaliter in debitore bonæ fidei, vel ex re accepta tantum. Secus est de debitore malæ fidei, seu ex delicto formali, excepto solo casu, quo res casu apud ipsum perit, similiter certò peritura apud dominum. Hæc latè explicata habes c. 2. de possessore bona & mala fidei. Et rursus specialiter de debitis transmissis, & perditis c. 3. Sect. 4. quæ recole.

§. II.

Remissio creditoris.

Secunda causa omninò excusans à restitutione est, si creditor ipsum debitum expressè, vel tacitè remisit. Tacitè autem remittere censetur in jure, si instrumentum debiti laceravit, aut ante solutionem ultrò reddidit debitori, censetur id fecisse animo condonandi, nisi ex indiciis constet id per errorem, vel alienam causam factum esse; textus vide apud

416 *Traff. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. IV.*
apud *Laym.* Ad legitimam autem remissionem ejus-
modi tres requiruntur conditiones.

82 *Prima:* Ut remissio, seu condonatio fiat à po-
tente condonare, qui scilicet habeat rerum suarum
actuale dominium, & liberam administrationem.
Nulla ergo esset condonatio debiti facta à filiofami-
lias, pupillo, Religioso, procuratore rerum aliena-
rum, exactore vectigalium, vel mulctarum, & si-
milium.

83 *Secunda conditio:* Ut lex non obstet. Sunt enim
aliqui casus in jure expressi, in quibus condonatio
ejus, à quo res injustè accepta est, nihil prodest, sed
adhuc restituere tenetur accipiens: ut iudex dele-
gatus aliquid accipiens à partibus, contra præscri-
ptum *cap. Statutum de rescriptis in 6.* Item si Epi-
scopus, vel Archiepiscopus visitans Ecclesias præ-
ter necessarium vicium aliquid acceperit *c. 5. & 6.*
de consibus, & actionibus in 6.

84 *Tertia conditio:* Ut remissio debiti fiat liberè, &
sine vi, vel fraude. Est enim species donationis, quæ
essentialiter debet esse liberalis, & liberæ voluntatis.
Nulla ergo est remissio debiti quocunque metu ex-
torta: Ut si debitor centum aureorum dicat credi-
tori: non te solvam, nisi remittas dimidium; qua
ratione potentes sæpè mercatoribus, mechanicis,
officialibus inferioribus debitorum, vel partiales
solutionum remissiones injustissimè extorquent,
quippe cum miseri desperent obtinere totum debi-
tum, consentiunt quidem accipere partem mediam,
tertiam, remisso aliquo, sed non sine tristi involun-
tario mixto, adeoque gravi injuria, & damno suo, ad
quod

quod compensandum debitores omninò obligati manent in conscientia : res certissimæ veritatis, sed iniquissimæ praxis. Nulla quoque est remissio debiti per fraudem obtenta, ut si quis simulet se impotentem restituere, aut pauperiorem, quàm sit. Unde in conscientia non sunt securi Mercatores valentes, qui prætextu indigentia concordias exigunt à creditoribus, qui metu amittendi totum debitum singuli partem remittunt, cum reverà debitor plura possit solvere, & id totum, quod superest, sibi retinet ex alieno : consequenter in conscientia semper ad restitutionem obligatus manet, cum remissio illa fraude extorta nulla sit, ut Lugo ait *disp. 21. Sect. 4.*

§. III.

Compensatio facta.

Tertia causa omnino excusans à restitutione est 85
compensatio facta, eaque triplex. *Prima* est compensatione facta ipsi debitori, cui creditor vicissim aliquid debet; justissimè enim debitum alteri regas, qui vicissim tibi debens non solvit : imò dicitur *L. 3. ff. de compensationibus: Interest nostra potius non solvere, quam solum repetere.* Et: *compensatio solutionis instar censetur. L. si debitor. ff. Qui potiores in pignore. Nihil interest, solveritne aliquis, vel compensaverit.* De hoc jam dictum *c. 3. Sect. 2. §. 1.* *Secunda* est compensatio ex rationabili causa facta creditoris creditori : Sic enim in foro conscientia primus debitor liberatur à restitutione, ut ibidem explicatum habes. *Tertia* est compensatio facta ob rationabilem causam à debi-

tore ipsi creditori per æquivalens aliundè collatum, utpote vel tantundem donando, legando, officium aliquod tanti valoris procurando, aliudve beneficium exhibendo. Ad ejusmodi compensationem duæ requiruntur conditiones:

86 *Una est*: Ut creditor consentiat saltem tacitè, aut saltem rationabiliter consentire debeat, vel præsumi possit: idque maximè in debitis ex delicto, quæ debitor sine periculo infamiae apertè solvere non potest. Casum huc maximè facientem posui eodem *cap. 3. Sect. 2. §. 1.*

87 *Altera conditio est*: Ut debitor habeat intentionem ita compensandi seu satisfaciendi debito suo: quòd si enim debitor, maximè ex contractu, imò etiam ex delicto, omninò immemor sui debiti, & obligationis, creditori, vel domino tantundem vel etiam plus donet, leget, beneficiat (nisi postea probabiliter præsumere possit alterum, si rem cognitam haberet, omninò contentum fore, & debitum libenter remissurum) non liberatur ab obligatione restituendi prius suum debitum, uti contra aliquos docet *Sanch. lib. 1. Moral. c. 13. n. 11. Less. 2. lib. c. 37. n. 11. Laym. cit. c. 12. n. 9.* Ratio est: quia debitum ex justitia, & donum gratuitum omninò inter se pugnant: & recipiens donum gratuitum, nisi ipsi constet de intentione donantis, non ideo censetur remittere prius suum debitum ex justitia: ergò nisi debitor talem remissionem aliundè præsumere possit, ratione doni merè gratuiti non liberatur ab obligatione solvendi prius debitum ex justitia.

Excipit tamen probabiliter *Laym. loc. cit.* Nisi 88
restitutio sit facienda ad pias causas, puta pauperibus, vel Ecclesiis, ut sit in restitutione bonorum incertorum: item ob missas Horas Canonicas &c. ut si Mercator confiteatur se per annum defraudasse quoslibet indifferenter in pondere, vel mensurâ, aut usuras exegisse: si Canonicus fateatur se per totum annum Officium omisisse &c. iique, significata sibi obligatione restituendi pauperibus, vel Ecclesie v. g. centum aureos, respondeant se nuper Ecclesie obtulisse calicem, aliudve ornamentum, valore centum aureorum: etsi tunc hujus obligationis omninò immemores, vel ignari fuerint, poterit tamen Confessarius contentus esse. *Ratio est:* quia omnium dantium eleemosynas, vel offerentium aliquid Ecclesie, videtur esse generalis, vel saltem virtualis intentio satisfaciendi omnibus suis obligationibus, quas suis peccatis, aut negligentis contraxerunt. *Sic Layman.* Etsi oppositum sine dubio tutius, ut alibi vidimus.

§. IV.

Authoritas superior.

Quarta causa omnino excusans à restitutione generaliter est authoritas superior, seu dispositio superioris potestatis, qua debitor ab obligatione restituendi, seu à solvendo debito omninò liberatur. Utpote: 89

l. Per legem præscriptionis, seu usucapionis, 90
qua publica authoritate dominium rei alienæ ab antiquo domino, ad possessorem bonæ fidei, & legitimi

gitimi temporis plenè transfertur, ut deinceps etiam cognito domino, à restitutione liber sit. De hoc aliquid insinuat §. 4. Sed ex professo alibi suo loco *tr. 6. c. 1. Sect. 5.*

91 II. Per justam sententiã Judicis, qua alicui res aliqua, vel debitum adjudicatum in foro externo v. g. mulcta pecuniaria in compensationem injuriæ, aut compensationem damni ex sola culpa civili, maximè levi, vel levissimã illati: talis enim accipiens, etsi res alioquin sua non esset, in foro conscientie nihil tenetur restituere, quia per justam sententiã Judicis res sua facta est. Vide optimè *Less. lib. 2. dub. 7. Lugo aisp. 17. sect. ult.*

92 III. Huc antiqui alii referunt casum, quo creditor esset excommunicatus, ita ut vitari debeat. Sed communior jam, & verior est sententia, excommunicationem creditoris, licet eum impediatur à petendo in judicio suum debitum, juxta *o. Quia. De exceptionibus in 6.* minimè tamen obstare, quo minus privatim, & extra judicium debitum suum petere possit, & debitor reddere debeat. *Sic Molina. Bonacina, plurimis cit. & Lugo cit.* Ratio est: quia excommunicatio non prohibet communicationem cum excommunicato in re necessaria, vel utili spiritualiter, vel corporaliter, qualis est etiam solutio debitorum. Nec id ulla lege expressum est.

93 IV. Huc spectat compositio summi Pontificis, qua is injuncta certa parte statim ad pias causas restituenda, v. g. in sumptus belli contra infideles, pro redemptione captivorum &c. reliquum totum de-

bitura

bitum remittit, idque solùm in debitis incertis, aliàs ad pias causas applicandis, absque omni præjudicio singulari personæ, & ea tantùm ratione, qua Pontifex pia legata commutare potest, & solet. Verùm, quia hæc apud nos in praxi non est, si curiosus es, videre potes latè apud *Molsnam, Less. Lugo cit.* Denique ad eandem authoritatem superiorem referri debent duo sequentia, sed specialiter explicanda seorsim.

§. V.

Et aliquatenus per cessionem omnium bonorum.

Quando nimirum quis solvere impotens ex dispositione legis civilis creditoribus suis omnia bona sua cedit, & relinquit inter ipsos secundum proportionem debitorum dividenda, & sic excusatur à restituendo, vel solvendo reliqua; sed adverte, & limita per omnem modum pro confessionali.

94

I. Excusatur talis in foro externo, non autem in foro conscientiae, nisi is verè impotens sit, secundum omnes. Eiusmodi enim cessio bonorum ideò debitori suffragatur in foro externo; quia Princeps supponit miserium hominem non esse solvendo: & si sit solvendo, nunquam Princeps intendit tollere jus creditorum, quod sanè iniquum esset: ergò in foro conscientiae tunc obligatus manet, quatenus manet potens solvere. Iniquissima ergò praxis est eorum, qui cessuri bonis, prius pretiosiora seponunt & occultant.

95

96

II. Excusatur talis à restituendo reliquo non simpliciter, sed tantum secundum quid, & quatenus sua impotentia inculpabiliter se extendit; at redeunte meliori fortunâ, reliquum restituere obligatus manet: Quin etiam in conscientia tenetur, & in foro externo compelli potest ad laborandum; & acquirendum, unde solvat integrè: Ut habet communis, & solida sententia *Sanch. Mol. aliisque cit. Laym. cit. c. 12. n. 5. Lugo tom. 2. de justit. disp. 21. sect. 2. Tamb. lib. 8. rr. 4. c. 1. §. 9. n. 10.* Ratio est: quia tota ratio privilegii cessionis bonorum ducta est ab impotentia debitoris: ergò, cessante impotentia, cessabit ejus effectus: at cessat impotentia, si redeat melior fortuna, aut si debitor juxta statum suum laborando acquirere possit, unde solvat: ergò, cum obligatus ad finem, obligetur etiam adhibere media, saltem ordinaria ad illum finem necessaria, talis omninò tenebitur, atque compelli poterit ad ita laborandum, & acquirendum. *Adde:* Nisi hoc dicatur, ansam dari fraudulentis cessionibus bonorum in maximum damnum creditorum.

97

III. Duo tamen commoda, seu privilegia fortitur cedens bonis suis. *Unum est:* quòd licet alioquin debitor ex contractu post latam sententiam, & solvendi moram postulante creditore, in carcerem conjici, & detineri possit, donec solvat, nisi sufficientem cautionem solvendi præstare possit: attamen per voluntariam cessionem bonorum hoc consequitur, ut non possit in carcerari, & jam incarcerationis dimitti debeat, *juxta L. 1. Cod. Qui bonis*

bonis cedere possunt. Alterum beneficium est: Quòd debitor, si post bonorum cessionem aliquid acquisiverit, non amplius conveniatur, quàm in quantum facere potest, servatis sibi alimentis necessariis secundum statum, & conditionem personæ *juxta L. 4. & 6. ff. de cessione bonorum.* Hoc utroque privilegio etiam Clerici debitores gaudent seclusa cessione bonorum.

IV. Ante autem cessionem, seu in ipsa cessione 98 bonorum, debitis gravatus, in foro conscientie quidem reservare potest necessaria ad suam sustentationem, spectata conditione sui status justè acquisiti, seu potest detrahere, necessaria alimenta, quibus secundum statum suum parè vivat: siquidem ad propria alimenta, quilibet jus habet, quibus carens, est verè in gravi necessitate constitutus, ideoque saltem in foro conscientie excusatus manere debet. At verò in foro externo meritò primùm omnibus bonis cedere cogitur ad abstinendum ab ejusmodi cessionibus debitoris fraudulentis, in aliis autem bonis postea acquisitis, condemnatur, quantum commodè facere potest, ut paulo antè dictum. Unde etiam debitore defuncto, ejusque bonis non sufficientibus ad solvenda debita, uxor, ac filii possunt in foro conscientie tantum detrahere, quantum satis judicatur ad vitam suam, & statum honestè, & parè conservandum, ob eandem rationem modò dictam. Et in judicio requisiti possunt cum æquivocatione congrua jurare se nihil occultasse, vel subtraxisse, intelligendo: *Nihil ipsis non debitum jure naturali*: atque propter eandem rationem

424 *Tract. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. IV.*
non incurrant excommunicationem fortè latam
contra ea bona occultantes: uti, aliis citatis, docent
Dianap. 5. tract. 14. resolut. 57. Tamb. *cit. n. 9.*
Tandem prædictum beneficium cessionis bonorum
solum locum habet in debitis ex contractu, non
item in debitis ex delicto provenientes: uti con-
tra *Sylv. Nav. Less. cit.* docet communior DD,
apud *Mol. tom. 2. disp. 572. §. His ita constitutis,*
& *Laym. cit. c. 12. n. 5.* Quia non est credibile,
jure communi beneficium cessionis illis concedi, qui
potius pœnæ severitatem merentur, Quare in de-
bitis ex delicto locum habet illud: *Qui non habet*
in ore, luat in cute.

§. VI.

*Et non improbabiliter per ingressum
Religionis.*

66 **C**ontroversia gravissima est inter Doctores, an
& qualiter ingressus, ac professio Religionis
liberet debitorem ab obligatione restituendi, seu
solvendi debita antea contracta, sive ex contractu,
sive ex delicto. De quo præ omnibus latissimè
Sanch. l. 5. moral. c. 19. per totum. Videndum
autem prius an ejusmodi debitoris valida, & licita
sit professio, & ingressio Religionis jure divino na-
turali, & positivo humano. Consentunt DD. apud
Sanch. cit. n. 3. spectato jure antiquo, professio-
nem ejusmodi debitoris esse validam, idque omni-
nò certum dicit *Pet. Navar. lib. 4. de restitut. c. 4.*
dub. ult. Jure autem novo *Sixtus V. Anno 1587.*
gravissimè prohibet recipi eos ad Religionem, qui
supra

supra suas facultates ingenti aere alieno gravati, vel reddendis rationibus ita obnoxii sunt, ut ex ea casualis, vel molestia iis illata sit, vel inferenda timeatur; talesque inhabiles ad professionem reddidit, ita ut professio irrita, & nulla sit; quam tamen inhabilitatem abstulit postea CLEMENS VIII. in alio motu proprio: quoad prohibitionem tamen in suo robore reliquit constitutionem Sixti V. Sed vides hic solum comprehendi debitores supra suas facultates *aere ingenti alieno gravatos*. Et hæc de jure positivo humano. Jam quoad jus divinum naturale, consentiunt itidem Doctores: quòd si debitor possit solvere debita ante ingressum Religionis, peccet graviter, iis non solutis, Religionem ingrediens: & de bonis ejus relictis à possessore, sive Monasterium, sive alius sit, restitutio facienda erit. Econtra verò, si debitor non sit solvendo, nec ulla supersit probabilis spes, quòd manendo in sæculo aliquando solvere poterit in toto, vel pro majori parte, licite ingredi poterit Religionem. Ratio utriusque est est: quia in priori casu ingressus Religionis magnum, in posteriori casu verò nullum præjudicium, vel damnum affert creditoribus, vel Religioni. Quòd si denique debitor defacto quidem non sit solvendo, tamen probabilis spes supersit, posse aliquando solvere in futurum: hic punctum est controversiæ, & tres sunt Sententiæ.

Prima Sententia (mihi semper vera visa) com-¹⁰⁰
muniior DD. est *Foan. Gersonis, Foan. Medina.*
Nav. utriusque, Valentia, aliisque congestis *Mo-*
lin. tom. 3. poster. disp. 757. Laym. cit. n. 6. Qui
D d 5 abso.

absolutè docent, talem Religionem ingredi licitè non posse, esto etiam, quòd longo tempore expectans, ut debita solvat, se omninò ineptum sit redditurus ad postea ingrediendum. *Ratio est*: quia, cum solutio debitorum sit juris, & justitiæ naturalis, injuriam creditoribus infert, qui absque necessitate se merè voluntariè reddit impotentem solvere: atqui talis ingrediendo, & profitendo religionem voluntariè, & absque necessitate reddit se impotentem deinceps solvere; cum Religionis ingressus præcepti non sit, sed meri consilii, & libertatis: ergo &c. Unde sacri Canones *c. legem dist. 53.* prohibent, ne gravati ratiociniis, priusquam se iis expediverint, ad Religionem recipiantur: non aliam ob causam, nisi quia Religionis ingressus, & professio, sicut alia vota Deo grata non sunt, si in alterius injuriam cedant. Deinde in casu, quo filius naturali jure Charitatis, ac pietatis obligatus est parenti inopi succurrere, si aliter succurrere non possit, non potest tunc ingredi licitè Religionem, & ingressus tenetur egredi, ac etiam professum Prælati dimittere debent omnium consensu: atqui non minor est obligatio juris naturalis justitiæ ad solvenda debita sive ex contractu, sive ex delicto: ergò neque debitor religionem ingredi licitè potest, si manendo in sæculo creditoribus satisfacere potest.

101 Secunda Sententia absolutè affirmat, ut debitis obstrictus, quibus nunc solvendo non est, facta cessione bonorum, quæ habet, possit statim Religionem ingredi, licet manendo in sæculo lucrari, & credi-

creditoribus satisfacere posset, ad id tamen non obligari. Ita D. Thomas 2. 2. q. ult. q. 6. ad 3. S. Antonin, Cajetanus, Sylv. Angelus, aliique multi apud Sanch. cit. lib. moral. c. 19. num. 17. Rationes afferunt: *Prima*: Homo liber propter debita non obligatur quoad personam suam, sed tantum quoad bona: ergo cedendo bonis persona libera manet, ut quemcunque statum, præsertim perfectissimum Religionis amplecti possit. *Secunda*: Nemo tenetur solvere debitum cum detrimento boni sui majoris; seu altioris ordinis: sed bonum Religionis majus est, & altioris ordinis, quàm bonum pecuniarium proximo debitarum; ergo &c. *Tertia*: Sponsus, imò maritus matrimonio rato tantum, non obstante obligatione sponsalium, vel matrimonii rati, Religionem licitè, & sanctè ingredi potest: sed etiam eadem videtur ratio de aliis debitis, & obligationibus quibusvis: ergo &c. Suadent rationes hæ, sed certè non urgent. Nam

Ad 1. Distinguitur *antecedens*: Homo liber 102 propter debita non obligatur quoad ipsam personam in se, ita ut propter debita solvenda, deberet seipsum vendere, vel in servitutem creditori tradere, *conc. ant.* hoc enim Jura vetant. Non obligatur quoad personam in ordine ad bona sua habita, vel habenda, ita ut, si defacto non habeat, unde solvat, non obligetur pro posse ad laborare ad acquirendum, unde solvat, & non reddere se impotentem ad id acquirendum (uti in proposito fieret per ingressum religionis) *nego ant. & consequentiam.* Hoc enim juri naturali repugnat. *Ad 2. distingui-*

428 *Traët. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. II.*
tur major: si illud majus bonum sit necessarium
ex præcepto, *concedo M.* si solum sit utile ex con-
silio, ut est in proposito ingressus Religionis, *nego*
Majorem. Ad 3. negatur conseq. & paritas: quia
in assumptione status inferioris, uti est Matrimo-
nium respectu Religionis, adeoque etiam in spon-
salibus ex traditione Ecclesiæ semper censetur in-
cludi hæc tacita conditio, *ducam te, vel duco te,*
nisi voluero assumere statum perfectiorem, scilicet
Religionis: eaque conditio in neutrius injuriam
cedit, cum in ea utraque pars æquali jure gaudeat,
& uterque sponsus invito altero, Religionem in-
gredi possit. At verò in alijs obligationibus debitis
ex contractu vel delicto, nullo jure hæc censetur in-
esse conditio: *Solvam te, reddam tibi,* quod ex
mutuo, empto, furto, rapina &c. debeo, *nisi Reli-*
gionem ingressus fuero. - Hæc ergo Sententia sic ab-
solutè intellecta, parùm habet probabilitatis intrin-
secæ, non tamen parùm extrinsecæ ob gravitatem
doctissimorum Doctorum.

103 *Tertia* Sententia media est: si debitor speret,
quòd brevi tempore manendo in sæculo, v. g. uno,
vel altero anno possit debita in toto, vel in majori
parte solvere, tunc non posse licitè ingredi Religio-
nem, sed debere eousque differre ingressum; hoc
enim saltem planè convincit ratio primæ Senten-
tiæ. Secus: si deberet ad longum tempus exspe-
ctare, tunc enim facta cessione bonorum, posse ita-
tim ingredi. *Ita Navar. uterque, Ludovicus & alii*
Lessius lib. 2. c. 16. Lugo disp. 21. Sect. 6. n. 76.
Ratio potissima videtur desumenda esse ex regula
nostra

nostra generali; cum enim status Religionis habeat bonitatem longè superiorem, nempe se in perpetuum Dei obsequium mancipare, adeò ut semper merito existimata sit professio Religionis maximum, & summum, quòd possit homo ex se DEO præstare; ideo videtur creditor propter debitum suum temporale non ingens, non posse rationabiliter velle hominem à tanto bono retardare, saltem ad longum tempus, sed potius rationabiliter consentire, ut si desit spes brevi tempore unius aut alterius anni posse solvere, bona fide facta cessione bonorum, si quæ habet debitor, pergat in Nomine Domini in perpetuum DEI obsequium, sui utique memor futurus. Alia est ratio de filio respectu Patris inopis, ut infra in fine notabo. Alia quoque est ratio, si deflorati virginem cum spe, ac promissione Matrimonii: tunc enim merito ab ingressu Religionis impeditis: hic enim non agitur de debito pecuniario, sed de debito circa assumptionem status: nam propter culpam tuam nullum statum potest assumere virgo deflorata sine nota, nisi mediante tuo Matrimonio, ideo rectè ad id præstandum cogeris etiam in conscientia sub mortali, ut suo loco visum. Supposita ergo Sententia hæc probabilis (quam fateor mihi placere) breviter nunc videndum, qualiter ingressus in Religionem, ac professus liberetur à restitutione, & ad quod deinceps teneatur.

Resolutio.

Prima: Debitor Religionem ingressus, & professus, siquidem aliqua bona ad Religionem
con-

430 *Traët. IV. Prelim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. IV.*
contulit, omninò Religio tenetur solvere prædi-
cta debita juxta vires allatorum bonorum, *secun-*
dum omnes. Ratio clara est: quia bonorum suc-
cessor adstringitur debitis ejus, cui successit. Quòd
si verò nulla bona ad Religionem attulit, nihil am-
plius obligabitur ex hoc capite. *Ratio* ex dictis
pro tertia Sententia patet. Quia ob tantum bo-
num Religionis debitor potuit cedere bonis, & de-
facto cessit bona fide, ut supponimus, idque ratio-
nabiliter non invito creditore. Sed dubia re-
stant.

105 *Secunda:* Quid si huic debitori professio afferat-
ur hæreditas, legatum, donatio, tenebitur ne Re-
ligio ex illis satisfacere pro debitis ejus prius con-
tractis? Affirmant omninò Authores primæ Sen-
tentia, maxime Sanch. *lib. 7. Decal. tom. 2. c. 31.*
num. 4. Ratio est: quia per ingressum, & pro-
fessionem Religionis non derogatum fuit jus de-
bitorum in ea omnia bona, quæ obvenire possunt
Religioni ratione personæ debitoris ipsis obliga-
tæ debitis. Et fatendum est, esse omninò con-
veniens, & non omninò negate audent *Castro-*
Paulus, & Tamb. cit. S. 1. num. 12. Ratio tamen
negandi esse potest: quia quidquid hæreditate,
legato, donatione &c. acquirit Religiosus profes-
sus, non acquiritur ipsi Religioso immediatè, cum
sit incapax ad acquirendum dominium, sed acquirit-
tur immediatè Religioni: atqui creditores nullum
habent jus in ipsam Religionem, ergò neque in illa
bona Religiosi post professionem delata.

Tertia

Sec̄. IV. *Causa excusantes à restitutione &c.* 431

Tertia: Quid si Religiosus talis, salvâ Ordinis¹⁰⁶
Regulâ, artificio aliquo, vel manuum labore ali-
quid lucrari possit, tenebiturne sic laborare, ut
pretium laboris impendant ad solutionem prædi-
ctorum? Affirmant rursus, plerique Authores pri-
mæ Sententiæ, ipsèque *Laym. l. cit.* Sed æquè
probabiliter negat *Tamb. modò cit. num. 14.* Cum
enim is nullius domini capax sit, & quidquid ac-
quirat, immediatè cedat Religioni, vel Monaste-
rio, is de eo pretio disponere non potest: solutio
autem debiti ex propriis bonis fieri debet, non ex
alienis. Alia supra ratio fuit de eo, qui cessit bo-
nis suis. Nam sæcularis cedens bonis suis, nec fit
alterius, nec incapax domini, sicut Religio-
sus.

Quarta: Quid si talis professus debita alicujus¹⁰⁷
momenti solvere non possit, & creditores etiam
rogati remittere nolint, tenebiturne egredi è Re-
ligione, si spes probabilis sit satisfaciendi, v. g. per
provisionem beneficii, Parochiæ &c.? Affirmant
Authores itidem primæ Sententiæ plerique, etiam
Laym. & alii cit. ob patitatem supra dictam de fi-
lio obligato ad parentem inopiam alendum. Ob
eamdem tamen semper rationem, quòd Religiosus
professus nihil sibi, sed Monasterio acquirat, lon-
gè probabilius negatur. Neque enim eadem est
ratio, quæ de filio respectu parentis inopis: nam
longè majus, & strictius est jus, & obligatio natu-
ralis pietatis filiorum erga parentes inopes (quippè
in ipsis visceribus naturæ fundatum, cui juri nun-
quam

432 *Traët. IV. Prælim. ad Præcepta 2. Tab. Cap. IV.*
quam censentur renuntiare parentes, & fortè non
possent) quàm sit jus, & obligatio creditoris, qui
suo juri ob justas causas sæpiùs cedere rationabiliter
debent, & præsumuntur, ut ex toto decursu, maxi-
mè hac, præcedenti Sectione patet: at talem justam
causam supponimus esse in proposito bonæ Religio-
nis: ergo &c.

Et hæctenus de restitutione in communi ex ge-
neralibus radicibus utique satis.



INDEX